in eius opibus attende. in crea-
tōne potentiā. in gubernatione
ſapiam. caritatē in repatōe. De
niqȝ in omni creatura ꝯſideras
modū ſiue limitatōꝫ. ſpēm. ⁊ ordi
nē ad finē. pmū potētiam. ſcd̄m
ſapiam. terciū bonitatem teſtifi
cat creatoris Sic deum cogno
ſcētes ⁊ meditantes. imaginem
noſtram prepamꝰ et ornamꝰ. eū
qȝ ad nos venturū cū bn̄dictōe
ꝯfidimus aduocatū p nos cla-
mātes ſuppliciter. bn̄dicat nos
deus. deus nr̄. bn̄dicat nos deꝰ
Quod ipſa pſtare dignetur tri-
nitas benedicta Amen.

¶ Sermo ſecundus vnde
ſupra in ordine. XL.

Benedicat
nos deus deus
noſter. bn̄. n. deꝰ.
Ps̄. 66. A In hodierna
feſtiuitate beatiſſime trinitatis
loquendū eſt de ſumma ⁊ incōp
heſibili trinitate Ipſa ē em̄ ſūmū
bonū teſte Aug. de tri. qd̄ pur
gatiſſimis mentibꝰ cernit. Mē
tis em̄ hūane acies inualida. in
tam excellenti luce non figitur.
niſi per iuſticiam fidei emundet
De qua cum modeſtia et timore
agendum eſt. atqȝ attētiſſimis
auribus et deuotis audiendū.
vbi queritur vnitas trinitatꝭ pa
tris ſcȝ et filij et ſſ. qꝛ nec piculo-
ſius alicui erratur. nec laborioſi
us aliquid querit. nec fructuoſi
us aliqd inuenit. hec Augꝰ. Er
ror in pnº. piculoſior eſt in pnci
piatis ſm phm. Ipſa aūt trini-
tas ſupbn̄dicta pncipiū eſt toti
us creature. et fides trinitatis
pncipium ⁊ fundamentū cetero
rum fidei articulorꝫ Vnd̄ nihil
recte credit qui in fide trinitatꝭ
ſumme errat. Verū errare nō pt
culpabil'r qui eiuſdē doc. Aug.
regulam tenet. qui li. quo ſ ait.
Non pigebit me inqt ſicubi he-
ſito querere. non pudebit ſicubi
erro diſcere. Quiſquis gaudit
hec vel legit. vbi piter certus eſt
pergat mecū. vbi piter heſitat q̄
rat mecum. vbi errorem ſuum
recognoſcit redeat ad me. vbi
me errare cognouerit. reuocet
me. ita ingrediamur ſimul cari-
tatis viam. tendētes ad eum de
quo dictū eſt. querite faciē eius
ſp. Deniqȝ licet laborioſum ſit
querere. tanqȝ id qd̄ hūani inge
nij facultatē excedit. eſt tn̄ fru-
ctuoſius oibus alijs ꝯgnoſcēdū
Illi em̄ approbate cornn̄ det vi-
ſio beatifica eiuſdē ſumme trini-
tatis in pmio. quo melius nihil
vnde Augꝰ in de ꝯgnitōne vere
vite iuxta pncipium ait. Diuinita
tis eſſentiam rōnabiliter inueſti
gare eſt ad vitam eternam feſti
nare Hanc pro negligendo igno
rare. eſt vtiqȝ ad mortē indefici
entē pperare. Tria igit nobis
de trinitate ſupbn̄dicta cum omi
humilitate ſunt inueſtiganda.
ſcȝ eſſentie vnitas. pſonarꝫ trini
tas. opatōm inſepabilitas. que

nobis pp̄ha innuit cū in themā
te dt Metuant eū. nō dicit eos
Scdm cū ter repetit de⁹. Ter-
ciū cum ſingulariter p̄mittit ver
bum bn̄dicat. Pro gr̄a Aue.
¶ B Pro fundamento oīm
ſupponat q̄ de⁹ eſt q̄dam natu-
ra ſuma. qua nihil mai⁹ aut me
lius cogitari pt. Hoc eſt qd̄ dic̄
Aug⁹. j. de doc. xp̄iana. Oēs p̄
excellētia dei certatim dimicāt
Nec quiſq̄ȝ inueniri pōt. qui nō
hoc deum credat eſſe quo meli⁹
aliquid nō eſt Itaq̄ȝ hoc omnes
deū ꝯſentiūt eſſe. qd̄ ceterꝫ oībꝫ
rebus an̄ponunt. Clari⁹ de hoc
Anſ. in pſo. c. j. et. 2. ¶ Ex illis
q̄ttuoꝛ oriūtur veritates de d̄o.
Prima deus eſt vn⁹. qꝛ ſumm⁹
quo maioꝛ cogitari non poteſt.
Scd̄a d̄s eſt ſimplex. qꝛ nulli⁹
indigens ſimpliciter perfectus.
Tercia deus eſt intelligens. qꝛ
vita nobiliſſima. Quarta d̄s
eſt volens. quia delectatio ſum-
ma. ¶ ¶ Ex illo oſtenditur
ſcdm̄ ſcȝ trinitas pſonaꝝ Nam
de⁹ intelligit ſe pfectiſſime. Cū
aūt omnis intelligens in ſe p̄du
cat imaginē rei intellecte in ſe. ḡ
intelligendo ſe p̄ducit imaginē
pfectiſſimā ſui atq̄ȝ ſimillimam
tante pfectōis quante ſe intelli-
git. p̄ducendo ḡ ſui imaginem
infinitā dat ⁊ eſſe infinitū. qd̄
non eſt niſi ſua eſſentia diuina.
qꝛ nō poſſunt eſſe plura infinita
Imago itaq̄ȝ illa eſt fili⁹. candē
hn̄s eſſentiam cū patre. nunq̄ȝ a
patre ſepabilis. ¶ Item Amās
amando impēdit amorē amato
tanq̄ȝ donum p̄ncipale. de⁹ pfe-
ctiſſime ſe amat. ⁊ imaginē p̄du
ctam que eſt fili⁹. ḡ p̄ducit amo
rem quaſi donum pfectiſſimū.
igiť infinitū. qꝛ infinite amat.
qꝛ tante. quantū eſt amabilis.
Donū illud nō poteſt eſſe aliud
ab eſſentia. igitur eſt d̄s. et h̄ eſt
ſpūſſanct⁹ Ex quib⁹ deducitur
trinitas pſonaꝝ et vnitas eſſen
tie in tribus. ¶ D Quo ad
terciū. qꝛ vna eſſentia in tribus
ergo quidq̄d reſpicit eſſentiam
eq̄liter ꝯuenit tribus. q̄ vero re
ſpiciunt relatiuas p̄petates ori
ginis. ꝯueniūt ſingulis pſonis
⁊ nō oībus. vt pater paternitas
filius ſpiratio. hoc eſt qd̄ dicit
Bo. In deo omnia ſunt idē in
q̄b⁹ nō obuiat relatōꝫ oppoſitō
Hinc intellect⁹. volūtas. poten
tia. ſapīa. bonitas. ⁊ vl'r omnis
pfectio. qꝛ p̄mo ⁊ p̄ncipaliter re
ſpiciūt eſſentiā. ſicut ipſa eēntia
ita et illa vnum ⁊ idem ſunt cum
eſſentia. ⁊ inter ſe. ⁊ cōia tribus
pſonis. ſm̄ Aug. in de cog. vere
vite in fine. At p̄pter h⁹ opatio
ad extra q̄ exigit potentiā. ſapiē
tiā. ⁊ bonitatē. ⁊ p ꝯſeq̄ns intel
lectum ⁊ voluntatē. vna eſt triū
et penit⁹ inſepabilis. Un̄ ſicut
tres vna ſunt eſſentia. ita vnus
creatoꝛ. vnus gubernatoꝛ. iuſti
ficatoꝛ. beatificatoꝛ. ¶ Et licet
aliq̄n. q̄dam p̄dicta attribuunť
ſpēaliter patri vt potentia. p̄op

ter aliquã ſpecialem rõnem ꝑus
tactam. tñ ſine excluſiõe aliaꝝ in
telligunt attribui Vñ diligẽter
in laudibꝰ diuinis attẽdendũ q̇d
ꝓpriũ. q̇d appropatũ. vel attri-
butũ. vt q̄ ꝓpria ſunt ſoli ꝑſone
ineſſe. que ꝟo appropata cõiter
tribus ꝯuenire credamꝰ Et hoc
in themate attendi pt in verbo
ſingulari Bñdicat. ⁊ relatio eũ
ſcꝫ bñdicentẽ. bñfacientẽ. qꝛ ds
bñdicendo. nobis bñfacit. ſm
illud. Dixit ⁊ facta ſunt ⁊c̃. Tm̃
de illo.

## In feſto trinitatis ſermo III. in ordine. XLI.

INueſtigabiles vie eius Ro.
xi. A Rem altiſſimã omni
hũano cogitatui imparẽ. hodi-
erna feſtiuitate ſancta mater ec
cleſia ꝑdicat. trinitatꝫ ſcꝫ abdi-
te miſteriũ. pie ſuis ꝓuidens fi-
lijs. ne dum ſingulas de ſingul'
ſumme deitatꝫ ꝑſonis ſolẽnitas
inſtituit. arriane impietatꝫ error
ſurripet. vt diuiſe crederent ſm
ſubſtãtiam quibus vel nominũ
aut feſtorum pluralitas diſcre-
tionem deſignaret Magis au-
tem hodierna feſtiuitate doce-
remur. vnum deum in trinitate.
⁊ trinitatem in vnitate veneran
dam. Uerum de excellentiſſi-
mo inueſtigabili miſterio. lin-
gua deficit quia ratio minime
comp̄hendit. Ait enim ſanctus
Martinꝰ i ſuo de trinitate Mi
ſterium hoc mens humana cape
re nõ poteſt. nec oratoria lingua
enarrare. neqꝫ diffuſi ſmõꝫ bi-
bliothecaꝝ volumĩa. ſi totũ mun-
dum libri repleant diuina ſcia. ñ
poſſit ienarrabil' enarrari. Quã
ta em̃ ſit diuina clemẽtia neõ ſcit
niſi q̇ genuit. ⁊ neõ cõpit ſecreta
pr̃is niſi is q̇ ꝑ nãm naſcendi ini
tiũ amiſit. ⁊ beatꝰ Augꝰ in ſ. qui
incipit Apl'i lectõeꝫ dt. Hoc eſt
ds. qd ⁊ cũ dr non pt dici. cũ eſti
mat nõ pt eſtimari. cũ ꝯꝑatur ñ
põt ꝯꝑari. cũ diffinit ipſa diffi-
nitõne creſcit. qꝛ celũ manu ſua
cooꝑit. pugno oẽm mdi ambitũ
claudit. quẽ totũ oĩa neſciunt ⁊
metuẽdo ſciunt Et q̇d mirꝫ ſi di
uine eſſentie pelagꝰ infinitũ. vt
Damaſ. nominat. a nobis ſciri
nequit. cum et opera eius ac iu-
dicia que eſſentiam eiꝰ indica-
re ſolent in creatura ſcrutari po
terunt nullo pacto? vnde Apl's
quedam tractare ex his cum cõ
cepiſſet in ãmiratõnis ſtuporem
verſus exclamat O altitudo ſa
pientie ⁊ ſcientie dei. q̄ꝫ incom-
prehenſibilia ſunt iudicia eius
et inueſtigabiles vie eiꝰ. Ue
rumtamẽ quod inueſtigari non
poteſt. nec inueſtigatum eloqui.
credi poteſt. et creditum ꝑdica-
ri. Hinc ꝓpheta ait. Credidi
ꝓpter quod locutus ſum. Nos
ergo ꝑmo credamꝰ. ⁊ ſic de his
que dominus ſua ſponte credẽ-

tibus manifeſtare dignatus eſt
aliquid ꝓferre pariter ⁊ audire
ꝯcedente eiuſdem gr̄a tēptemꝰ.
Pro cuiꝰ impetratōne oꝛemus
ad virginem Aue maria gr̄a.

¶ B Inueſtigabiles vie eiꝰ.
Quia ineffabile hꝰ ſupbn̄dicte
trinitatꝫ miſteriū ignoꝛare non
licet. nec tn̄ inueſtigatiōe ꝯphen
di poteſt. Videndum ꝑmo breui
ter. qūo ⁊ quo ad q̇d ſciri pōt. et
reſpectu quoꝝ inueſtigari neqꝫ
valet neqꝫ decet. Scd̄o veritas
articuli de ſctā ⁊ indiuidua trini-
tate ꝑponenda ē. ⁊ in creata ima
gine q̄ in nob̄ eſt q̄ntū phas ē in
telligētia ciꝰ ē inueſtigāda Terᵒ
ad moꝝ inſtructiōꝫ quō imago
clarificāda eſt. vt ſic vtiliter ī ea
dn̄m cognoſcamꝰ ſubiūgendū.

¶ Teſte aūt Ariſ. j. poſterioꝝ. rē
ꝯtingit ꝯgnoſcere. quo ad q꞉ eſt
Vel quo ad q̇d ſiue ꝓpter quid
eſt. Ita em̄ ex effectibꝰ ꝯgnoſciꝰ
q꞉ cauſa eſt. ſed nō ſemꝑ quiddi
tas cauſe. Ex artificiato em̄ ꝯg
noſcimꝰ factoꝛē fuiſſe artificem
ꝑitum. nec tamen ſic ſcire valēꝰ
quis artifex fuerit. Sic cum vi
demꝰ eleuari vapoꝛem. ꝯgnoſci
mus quia adeſt aliquid califa-
ciēs q̄ꝺ reſoluit vapoꝛē. ſꝫ vtꝝ
ſit ſol vel ignis aut aliud non ſic
noſcimus per vapoꝛem. Quan
tum ergo ad ꝯgnitionem rei q̇d
ditatiuam ꝓpꝛiam. ꝑticularem
et diſtinctam. res magis cogno
ſcibiles ex parte ſui. nobis ſunt
occultōꝛes. Cuiꝰ ratio eſt. quia
res quanto eſt perfectioꝛ. tanto
ex parte ſui eſt cognoſcibilioꝛ.
ſicut res habet eſſe. ita et cogno
ſci. ait Philoſophꝰ. Perfectiſ
ſima autem nobis ſunt minus
cognoſcibilia. quia ſicut oculus
noctue ad lumen ſolis. ſic intel
lectus noſter ad ea que ſunt ma
nifeſtiſſima id eſt perfectiſſima
nature. 2. methaphiſice Noſtra
ſiquidem cognitio a ſenſu oꝛit̄.
ꝑᵒ. Poſterioꝝ. Et. 3. de anima.
Sed res quāto perfectioꝛ tan
to ſpiritualioꝛ. et quanto ſpiri-
tualioꝛ tanto a noſtris ſenſibꝰ
remotioꝛ. et ita ad ꝯgnoſcendū
nobis difficilioꝛ. ☞ ¶ Non
ſic autem quantum ad cognitio
nem quia. quoniā hac cognitio
ne res ꝑfectioꝛ. etiam nobis eſt
notioꝛ. Res enim perfectioꝛ fe-
cundioꝛ eſt. et plurium effectuū
pꝛoductiua. qui ducunt in cog-
nitōnem ſue cauſe. Ex quo patꝫ
ꝙ res notiſſime quo ad quia. ſe
pe incognite ſunt quo ad quid
eſt. Sicut patet de ſole et anīa
cognoſcentis. nihil notius cog-
noſcenti eſt q̄ꝫ ꝙ habet animam
ſiue vitam. Quid autem ſit ani
ma ſiue vita non ſic notum eſt.
Suo modo inueſtigabilis no-
bis eſt ſumma maieſtas quan-
tum ad quid eſt in ſe. et hoc cog
nitione ꝑticulari. id eſt diſtin-
cta ꝓpꝛia et ſimplici. Illa enim
eſt intuitiua et beatifica et pꝛo
ſtatu illo viatoꝛi impoſſibilis.
De hꝫ vide Ockā in. 1. di. 3. q. 2.

Hac em̄ ꝯgnitōne p̱ creaturam
inueſtigari nō pōt. ſed videtur
ab eis q̄bus ſe oſtendit dn̄ vult.
et dum non vult mīme videtur.
vt vult Augu9. Sed quantum
ad quia. tanto nobis de9 eſt no
tior. quanto plus omnib9. in oī
bus relucet creaturis. ꝓpter qđ
et deū eſſe Dam̄. dt. naturaliter
fore cognitū. qm̄ nobis natura
liter ineſt potentia qua deū eſſe
cognoſcim9 ex creaturis. Hinc
ait apl's. Inuiſibilia dei a crea-
tura mundi. i. homine. p̱ ea que
facta ſunt intellecta ꝯſpiciūtur.
ſempiterna quoq3 eius virtus ⁊
diuitas. De9 em̄ reuelauit illis
Reuelauit inq̄t mgr̄ diſ. 3. ꝑmi
Dum fecit op̱a. in quib9 artifi-
cis aliquaten9 relucet indicium
¶ C Relucet nāq3 in creatu-
ra multiplex p̱fectio creatoris.
Siq̄dem nihil p̱fectōis ⁊ boni
tatis eſt in effectu. qui eminēter
ſit in cauſa. Idcirco ſm̄ metha
phiſicā inq̄ſitōem. deū ꝯgnoſce
re poſſum9 in qualibet creatura
Si in creatura ꝯſideratur aliq̄
p̱fectio. abſtrahant ab ea omēs
imp̱fectōes. attribuēdo ſummā
p̱fectōem. ſic ꝯgnoſcit deus. vt
dt Sco. li. j. diſ. 3. q. ꝑma. Gra
exempli. in corp̱e inaīato hoc p̱-
fectōis eſt. q2 eſſe quoddā hēt.
ſed eſt depēdens. corruptibile.
ꝯpoſitū. finitū ⁊c̄. Abſtrahant
imp̱fectōes. ⁊ ꝯſiderem9 eſſe in-
dependens. ſimplex. incorrupti
bile. infinitū. ⁊ hoc eſt ds. Sic
de viuente. Sic de creatura in
telligibili. que ſapit. intelligit.
vult ⁊c̄. ſuo mō. ¶ Immenſitas
aūt diuine virtutis ex incōpre-
hēſibilitate viaꝝ eius intelligit
Vie dn̄i ſm̄ Greg. ipſa eſt crea
tura Ait em̄. 26. mora. c. 8. Via
ad creatorem ſunt op̱a ꝯſidera
ta creature. que dum facta cer
nimus. potentiā factoris mira-
mur. Factoris em̄ nobis virtus
inq̄renda ꝓponitur. quaſi omē
qđ mirabiliter factum videtur
Cum autē creatura quantū ad
totam ꝯphēſibilitatē plene cog
noſci nō poteſt. et in ea quedam
infinitas cognoſcibilitatꝫ inue
nitur ( ſic ait ſalo. Eccs̄. j. Cun
cte res difficiles ⁊c̄. Ait etiam
Phs. Difficile eſtimam9 que in
terris ſunt. que in celis ſunt q̇s
eſtimabit? Sap̄. 9. Latent em̄
in qualibet re corp̱ali infinite fi
gure. que p̱ p̱tium ablationem
appent. Ea propter artifices de
die in diem inueniunt q̄ ꝑus la-
tuerūt nec in finē mundi q̄rere
⁊ inuenire ceſſabūt ) Infinitus
ergo creator rectiſſime intelligit
Quapropter ꝯphenſiue inueſti
gari nō poteſt infinitū. ⁊ nō niſi
ab infinito intellectu ꝯprehen-
di. Quapropter reprehēdēdi ſt
qui tnitatis miſteriū atq3 op̱m
dei ratōnem ⁊ vias ꝯſilioꝝ eius
non inueſtigabiles ſcrutant. ſic
Aug9. ait in ſ. q̇ incipit. Audio
fratres. Lutum ⁊ vas fictile de
creatore diſputat. ⁊ ad nature

ſue rōem nō poteſt ꝑuenire. ⁊ cu
rioſe ſcire querit de miſterio tri
nitatis q̄d angeli de celo ſcire n̄
poſſunt. Uis ſcire naturā dei. h̄
ſcito ꝙ neſcias. Nec in hoc ꝯtri
ſteris qꝛ neſcias. quia et angeli
neſcierūt. ⁊ ſimiliter om̄es crea-
ture Ecceptꝫ aliquātulū q̄uo in
ueſtigabilis eſt. et q̄uo ignorari
nō debet. Audi de hoc beatum
Bern̄. ad eugeniū papā. Scru
tari hoc temeritas Credere pie
tas. Noſſe vita eſt ⁊ vita eternā
De p̄o ꝓpha Mirabil' fac. ē ſ. t.
ex me ꝯfor. ē ⁊ nō. po. ad eā. De
ſc̄do qui nō credit iam iud̄. ē ⁊c̄.
Joh. 3. De tercio Joh. 17. Hec
eſt vita eterna ⁊c̄. Et tm̄ de p̄mo
D ¶ Quia autē inueſtigabiles
ſunt vie dei. q̇bus natura diuia
ꝑticulariter ꝯgnoſcat. Hec aūt
ꝯgnitio ꝯfuſa quā ex creaturꝭ ꝑ
naturalē ꝯgnoſcēdi virtutē aſſe
qui valem⁹. ad ſalutem noſtraꝫ
nō ſufficit. vt alias oſtēſum eſt.
Idcirco dominus ipſe certius
aliquid quantum nobis expedi
re iudicauit de immenſo hoc mi
ſterio dignatus eſt reuelare. vt
nō vane ꝑ rōem. ſed meritorie ꝑ
fidem que neceſſaria ſunt ꝯgno
ſcamus. Nemo em̄ ſic nouit de
natura ſua dicere. quomō ipſe q̇
deus eſt. Nobiſqꝫ hoc credere
ſufficiat quod exponere digna-
tus eſt ipſe ¶ Hoc eſt autem q̄d
domin⁹ credere docuit. Patrē
ſcꝫ et filium et ſpiritūſanctum
vnum eſſe naturaliter deum. vt
ait Aug⁹ in libro de fide ad pe-
trum. Neqꝫ tamen ip̄m patrem
eſſe qui filius eſt. neqꝫ filium ip
ſum eſſe q̇ pater eſt. nec ſpm̄ ſan-
ctum eſſe qui pater eſt et filius.
Una eſt em̄ et patris ⁊ filij ⁊ ſpi
ritusſancti eſſentia. in qua n̄ eſt
aliud pater. aliud filius. aliud
ſpūſſanctus. q̄ꝫuis ſit ꝑſonaliter
alius pater. alius fili⁹. alius ſpi
ritusſanctus. Hec eſt fides pa-
triarcharum et ꝓphetarum. fi-
gurata in lege nature. ꝓnūciata
ī lege ſcripta. reuelata a chriſto
domio et doctrinata. et ab apo
ſtolis vſqꝫ in fines orbis predi-
cata. a ſanctis martiribus ſan-
guinis effuſione teſtificata. ab
omibus orthodoxe fidei ꝓfeſſo
ribus firmiter confeſſa. E
¶ Ut autem ad huius miſterij
lucidiorem intelligētiam aſcen-
derem⁹. Exemplū nobis domi⁹
ipſe nō remotum ſed ꝯiunctum
aiam ſcꝫ noſtram donauit. quā
idcirco ad imaginem ſuam dn̄s
formauit. vt in ipſa legeremus
quid de deo recta fide ſentire-
mus. ſicut ait Gen̄. j. Faciam⁹
hominē ad imaginē et ſimilitu-
dinem noſtrā Non ergo īmodi
ce ad intelligētiā trinitatis ſuf
fragatur diſtincta cognitio co-
rum que ſunt in homine. ¶ Eſt
autem anima humana creatura
nobilis. et beneficio creatoris
multipliciter fecunda Propter
quod etiam diuerſa ſortitur no
mina. Ipſa nanqꝫ mediantib⁹

corporeis organis exteriora cog
noſcit ſenſibilia. cõueniẽtia ꝓ
ſequitur. diſcõueniẽtia fugit.
et vt ſic nominatur virtus ſenſi
tiua. Ipſa deniqꝫ qđ nullo ſen⸗
ſu percipit. conſiderat cogitat.
ſpeculatur. nedum particularia
ſed etiã vniuerſalia. nedum pre
ſentia ſed et futura et preterita.
⁊ vt ſic dicit᷑ intellectiua. Ea de
niqꝫ que intellectu cognouit. a⸗
mando appetit. vel odiendo re⸗
fugit. et ſic dicit᷑ volitiua. Hec
omnia in nobis experimur.

¶ Sed in illa parte ſenſitiua
nõ oportet querere imaginẽ tri⸗
nitatis benedicte. quoniã illam
virtutem cõmuniter habemus
cum brutis. ſecundũ illam etiã
nõ ſumus dei capaces. ſed dum
taxat rerum temporaliũ. ait au⸗
tem Aug. 14. de trinitate. Licet
hũana mens nõ ſit eius nature
cuius deus eſt. Imago tamen
illius quo nihil melius eſt ibi q̃
renda et inuenienda eſt. quo na
tura noſtra nihil habet melius.
.i. in mente. ☞ ¶ Sequitur.
eo em̃ ipſo imago dei mens eſt.
quo capax eius eſt. eiuſqꝫ parti
ceps eſſe poteſt. Mentem intel
ligit partem intellectiuam vel
ſuperiorem anime portionem

☞ ¶ f In anima itaqꝫ in⸗
tellectiua eſt conſiderare ipſam
anime ſubſtantiam ſiue naturã
vt eſt fecunda. et actuum vitali
um in ſe ipſa ꝓductiua. Experi

mur quoqꝫ in nobis actus cog⸗
nitiuos ſiue intellectus. quibus
nunc iſta nunc alia ſpeculamur.
Expimur et actus appetitios ſi
ue volitiuos. quibus ea que cog
nouimus deſideramus ſiue vo⸗
lumus aut amamus. Ecce quã
dam inuenimus in anima trini
tatem. ſcꝫ anime fecundã eſſen⸗
tiam. et duos actus eius. ſcilicꝫ
intellectionem et volitionẽ. Ne
qꝫ in parte anĩe intellectiue. eſt
aliquis actus qui nõ ſit intelle⸗
ctio vel volitio. Hec creata tri⸗
nitas in nobis. ſignificat trini⸗
tatem increatam in diuinis pro
pter magnam ſimilitudinẽ illi⁹
cũ iſta. Nã in diuinis ẽ ꝯſubſtã
tialitas cũ pſonali diſtinctõne.
quoniã ibi eſt vna ſumma eſſen
tia. eadem in tribus perſonis. re
aliter inter ſe ſed non ab illa di⸗
ſtinctis. Eſt quoqꝫ ibi ordo ori
ginis. quoniã pater a nullo eſt.
a quo ſolo generatur filius. ab
vtroqꝫ autem patre et filio ꝓ⸗
cedit ſpiritusſanctus. Eſt tercõ
inter has pſonas ſumma equa⸗
litas. ita ꝙ neutra pſonarum eſt
alia maior aut mĩor. nec due ma
iores vna. nec vna minor duabꝫ
quoniã omnium trium eſt vna
maieſtas. vna potẽtia. bonitas
et ſapientia. quia eadem ſubſtã
tia. vt ꝓbat Mgr̃ diſ. 19. ꝑmi.
Et infra

☞ S ¶ Ita in hac trinita
tate creata quodãmodo eſt in⸗
uenire illa tria. Eſt enim cõſub

ſtantialitās quedam. quia in ip
ſa eſſentia anime eſt intellectio ⁊
volitio. Eſt et diſtinctio illorum
actuum realis inter ſe et ab eſſen
tia anime. ſicut manifeſtū eſt ex
eorū ſeꝑabilitate. Uerūtn̄ mag-
na eſt hic diſſimilitudo. eſt enim
hic nedum vera realis diſtinctio
partium imaginis. Sed etiam
eſſentialis qua ſic diuerſificant̄.
ꝙ etiam non ſolum hec nō eſt il-
la. ſed etiam non ſunt aliquod
idem hec et illa. Et ideo non eſt
in eis vera ↄſubſtantialitas. ſed
dumtaxat quedam intima pre-
ſentia ac inheſionis indiſtantia
que non niſi extenſe nimis ↄſub
ſtantialitas dici poteſt. Neqꝫ
ex hac parte ſm̄ Aug⁹. 15. trini-
tatis. ⁊ Hil'. aliqua ſimilitudo
dari poteſt inter creatorem ⁊ cre
aturam. vt non maior ſit diſſi-
militudo q̄ꝫ ſimilitudo. quia nul
la vna res ſimplex in creaturꝭ da
ri poteſt q̄ ſit tres res realiter di
ſtincte. Et ſi aſſignarent̄ partes
imaginis in potentijs anīe. erit
maior diſſimilitudo. Quia aut
ponerentur diſtingui ab anima
⁊ ſic nō eſt ↄſubſtantialitas. aut
idem anime ſic nulla eſſet diſtin
ctio realis. et neutro modo ſal-
uatur originis ordo. ¶ Et pre
terea inter illa tria ē ordo origi
nis talis qualis in diuinis. Si
cut pater in diuinis habet fecū-
ditatem ad ꝑducendum filium
et ſpiritumſanctū. et filio cōmu
nicat fecunditatem ꝑducendi
ſpiritūſanctum Ita ipſa anime
ſubſtantia eſt fecunda. et tam ꝑ
ductiua actus intelligendi q̄ꝫ vo
lendi. Actui vero intelligēdi tri
buit fecunditatem reſpctū act⁹
volendi. Neqꝫ enim anima ſine
actu intelligēdi ꝑducere poteſt
actum volendi. Procedit ergo
ſimul ab anima et intellectione
actus voluntatis. ſicut a patre
et filio ſpūſſanctus. Sic ergo
anime ſubſtantia nō eſt ab alio
creata. Intellectio vero ab ani-
ma. Uolitio autem ab vtroqꝫ.
ſicut in diuinis pater a nullo. fi
lius a patre ſolo. ſpūſſanctus ab
vtroqꝫ. ¶ Eſt quoqꝫ equalitas
in hijs tribus. vt ſe mutuo capi
ant. et non excedant. ↄſimiliter
ad dicta. Aug⁹. x. de trinitate.
Nam anima actus quos produ
cit in ſe capit. Intellectione vero
ſe ipſam et que in ea ſunt noſcit
¶ Uolitione ſe ipſa ⁊ omnibus
cognitis vtitur. ita ꝙ nihil eſt in
anima obiectiue quod noticia
nō rn̄tet. nec aliq̇d ↄgnitum qđ
volicio nō āplectat̄ nec refutet.
¶ Ipſa demū aīa vt potēs ꝑdu
cere intellectionē et amorē. dicit̄
memoria ꝑfecta a beato Aug°.
q̄re ſibi recte attribuit̄ potentia
ſicut prī. Ut autem ſtat ſub ac-
tuali noticia genita dicit̄ intelli
gentia. cui⁹ vt ſic eſt ſapīa q̄ attri
buitur filio. Ut autem eſt ſub
actu volendi perfecto. perfecta
voluntas dr̄. cui⁹ vt ſic eſt amor
et bonitas que ſunt ſpūſſancti.

# In feſto trinitatis.

¶ Ecce magna ſilitudo in natu-
aie. qua ad clariorẽ credite tri-
tatis aſcẽdere poſſumꝰ intelligẽ
tiã. ꝓpter qđ recte imago dr. Et
hec de ſcđo. ¶ H Quamuis
autẽ ſic vt dictũ eſt in ipſa natu
aĩe et eiꝰ actibus reſpectu cuiuſ
cunqꝫ obiecti trinitas illa repit
Imago tñ dei ꝑfecta nõ eſt. ſic
vult Augꝰ. 15. de tri. Niſi actꝰ
illi in aĩa ſint reſpectu dei. vt ſcꝫ
eis ſempiterna ⁊ imutabilis na-
tura recolatur ꝯſpiciatur ⁊ ꝯcu
piſcatur. 15. trinitatꝭ. Minꝰ ꝑ-
fecta eſt dum illi actus circa ſe-
ipam aiam verſant. Deformis
vero eſt et polluta. qñ circa crea
turã illicite occupãtur. Quia ergo
actus aĩe in nr̃a ſunt ptãte. In
nobis eſt imaginẽ illã dei in no
bis adornare vel polluere. Sꝫ
attendite queſo ſi rephenſibilis
eſt qui ligneas depictaſqꝫ cruci
fixi imagines ⁊ ſanctoꝝ. volens
violat aut deturpat. imo e꜄rio
auro ⁊ gemmis ⁊ ꝓcioſo veſtitu
adornamus multa diligentia.
Quantũ illi culpabiles ſunt ac
deo odibiles. q̊ imaginẽ dei vi-
uam a đo omniũ artifice forma
tam. turpiter ꝯmaculant. Quo
ꝯtra tota diligentia imaginem
noſtrã adornemꝰ. Hoc facimꝰ
ſi totũ qđ in noſtra creata ima-
gine inuenimꝰ in deum ꝯuertamꝰ
¶ I Sit in nobis ꝑmũ ima
ginis ꝯſubſtãtialitas. vt actus
noſtros intra ſe anima cõtineat
nihil nob cure ſit de vanitatibꝰ
ſeculi exterioribus. nec ita mul-
ta ſcire placeat. vt nos ipſos ig-
norare nõ pudeat. In nobis de
um queramus. quẽ niſi i nobis
nunq̃ꝫ inuenire poſſumus. Ait
eñ apoſtolus. 2. Coꝝ. 13. An nõ
ꝯgnoſcitis vos ipſos. qꝛ chriſtꝰ
ieſus i vobis eſt. niſi forte repro
bi eſtis ⁊c. Inueniemus autẽ in
nobis. ſi caute cauemꝰ. ne in no
bis aliq̇d ſibi diſplicens aut ꝯ-
trariũ memoria in cognitõe aut
amore inueniat. ſemper nos ad
nos ꝯuertamus. examinãdo. ar
guẽdo. deuia. Approbando ſibi
ꝯformia. ſic erit ꝯſubſtantiali-
tas ¶ Sit etiã originis ordo.
non ꝑuerſus. ne voluntas aliq̇d
ꝓter rationẽ. nec ratio dictet ali
q̇d qđ diuine legꝭ memoria non
pariat. Sed primum in omni-
bus agendis occurrat diuinorũ
memoria ꝓceptorum Ab iſta gi-
gnatur iudicium rationis de a-
gendis. et ab vtroqꝫ ꝓcedat vo
lũtatis caſtus amor. ☞ ¶ Se
ſe capiant ꝑ equalitatem vt eo-
rum que ad deum cõiungũt. o-
perum diuinorum. ꝑfectionum
beneficiorũ. actuumqꝫ noſtro-
rum continua ſit memoria.
Et que memoria tenet cogno-
ſcat intelligẽtia. ametqꝫ volun-
tas. nec aliqua harum potentia-
rum ab altera excedatur.

☞ ¶ K Aſſurgamus deni-
qꝫ ex anime noſtre fecunda potẽ
tia ad ꝯgnoſcẽdam dei potẽtiã.

Ex noſtra intelligentia diuinā ſapiam Ex voluntate ineffabi- lem dei amorem ac bonitatem. Ex hijs cuncta in nobis bona o- riuntur. Conſideratā ſiquidem diuina bonitate inflāmatur in nobis amor dei Attenta ei⁹ oi- ſcie ſapia reuerentiā ad eū in no- bis adauget. Perfecta deniqꝫ creatoris oipotentia .maxia in fidelib⁹ ꝯfidentia oritur. Sic in ſ. d̉ ſymbolo ait Aug⁹. Ma- xima credētib⁹ oritur ꝯfidētia cū ꝯgnoſcūt illum oia poſſe quē credunt omipotentē Quos em̄ rogo aduerſarios timere poſſe- mus. cū cogitam⁹ nos hr̄e deum oipotentē cui reſiſtere nemo pt̄? Si inq̇t apl's. Deus ꝑ nobis. quis ꝯtra nos Ro. 8. Quō etiā de nobis diffidere valem⁹. ſi oi- potentē dn̄m nos cōfortantem aſpicim⁹. De quo id̉ apl's. Oia poſſum in eo qui me ꝯfortat. ad Phil. 4. Proinde vere vt Joh̄ ait. j7. Maledictus qui ꝯfidit in hoie ꝛ ponet carnē brachium ſuū. ꝛ a dn̄o r̄cedit cor ei⁹. Quō homies h⁹ ſeculi qui in agendis omnib⁹ longe plus in hūana. po- tentia. aſtutia. ac fauore. q̄m in dn̄o ꝯfidunt. Etiam in arduis nihil ꝯſiliant. ſi taliter agit quō deo placet. nec apud eos qui d̉o fuiunt ſua q̄runt cōſilia. ſed in mundana pollentib⁹ prudentia ita vt aliq̄n etiam nō verent di- cere. ꝙ nō hodie vt olim deus in omnib⁹ ſit ꝑponendus. nō attē- dentes. q̄r nō abbreuiata nec ꝑ- uula facta eſt man⁹ dn̄i vt ſalua- re nō poſſit Jſa. 50. Non illi oi- potentiā dei ꝯſiderant in exhi- bendo adiutoriū. nec timent in vlciſcendo culpam. q̄re imaginē ſuam deturpant. in eo q̄ꝫ nullū benedicte trinitatꝭ veſtigiū de- relinquūt. Quod a nobis auer- tat ille. c⁹ iueſtigabiles ſunt vie pater et filius ꝛ ſpūſſanct⁹ Amē

## In feſto trinitatis ſmo IIII. in or. XLII.

In nomie patris et filij. et ſpūſſancti. Matt. 28. A Anguſtie mihi ſunt vndiqꝫ dixerat olim fortis illa ſuſanna. Dan̄. j3. inter metum mortꝭ nālis ꝛ diuie timorē offen- ſionis agitata ſed nō oppſſa Et nos idipm nō incōgrue dicim⁹. Quib⁹ ignorare deū. dānabile ſm Aug. in de cog. vere vite in ꝓn°. Cognoſcere aūt in via ꝑ- difficile ne dicam impoſſibile ē. Si em̄ ignoras deū ait Bern̄. ſ. 38. ſup cātica. poterit ne ſpes eſſe ſalutꝭ cū dei ignorātia? Ne ħ quid̉ Nec ei potes aut amare qd̉ neſcias. aut hr̄e quē nō ama- ueris Deniqꝫ brutis aiantib⁹ ig- norare nā eſt. Hoibus ṽo vicio venit. ait Bo. 2. de ꝯſo. pſa. 5. Cognoſcere ṽo deū quō pt hūa- na fragilitas. ac ſpm̄ ſummū vi- le lutū. lamentat ſup hoc Aug⁹

f.64. de verbis euãgelij ita di-
cens ꝓiectus ſum a facie oculoꝝ
tuoꝝ. longe ſurſum es. longe de
oꝛſum ſũ Quid ei dicã⁹ frēs de
deo Si em̄ qđ vis dicere ſic ce-
piſti. nõ eſt deus. Si ꝯphende-
re potuiſti. aliud ꝓ deo ꝯphen-
diſti. ſi quaſi ꝯphendere potui-
ſti. cogitatiõe tua te decepiſti. h̄
igitur nõ eſt ſi ꝯphendiſti. ſi aũt
hoc eſt. nõ comphendiſti. Cum
enim quelibet res ſm Hugo. de
ſancto vic. ꝑ. decima. c. j. de ſac
mentꝫ apud nos ſubſiſtant. vel
ꝑ actũ quãdo videlicet p̄ſentes
ſenſu ꝯpꝛehendunt̄ vel ꝑ intelle
ctum quãdo abſentes vel etiam
nõ exiſtẽtes in ſimilitudine ſua
et in imagine ꝑ intellectum capi
untur. vel ꝑ expientiam quãdo
ea que in nobis ſunt ſentiũtur a
nobis. vt eſt gaudiũ. triſticia. ti
moꝛ. et amoꝛ. que ſubſiſtunt in
nobis et ſentiunt̄ a nobis. Nul
lo hoꝝ modoꝝ inuiſibilia dei cõ
pꝛehendunt̄ a nobis. que credi
ſolum poſſunt cõpꝛehendi oĩno
nõ poſſunt. Neqꝫ em̄ actu pre-
ſentia ſunt vt a ſenſu comphen-
dantur. quia nec coꝛpa ſunt nec
in coꝛpibus ſubſiſtunt. Neqꝫ in
ſimilitudine aliqua imaginabi
liter ab animo comphendi poſ-
ſunt. quia longe omnem ſimili-
tudinem et coꝛpoꝛum et coꝛpali
um ſue diuinitatis et puritatis
excellentia tranſcendunt Neqꝫ
quẽadmodũ alia que in nobis
ſunt. et ſentiũtur a nobis. Quo
niam neqꝫ de ſubſtantia animi
ſũt. Neqꝫ de hijs que in animo
ſubſiſtunt Ergo fide ſola ſubſi
ſtunt in nobis. et ſubſiſtẽtia eo-
rum eſt fides eoꝝ. qua credunt̄
quia ſunt. ſed non qualia ſunt
ꝯpꝛehẽdũtur. Ergo deus credi
poteſt. comphendi non poteſt.
Et ſequitur Dicis mihi Quid
dicam Quid eſt deus Ego tibi
reſpondeo quia indicibile oĩno
eſt quid eſt deus Saltem inq̄s
Quid cogitabo quãdo cogita-
re volo quid eſt deus Amplius
dico. quia incogitabilis ē deus
Quidq̄d dicitur vel cogitatur
ſm aliquid dicit̄ vel cogitatur.
Quod em̄ ſm aliquid dici vel
cogitari nõ poteſt. dici omnino
et cogitari n̄ poteſt. Quid ergo
dices vel cogitabis cũ id quod
deus eſt dicere vel cogitare vo-
lueris. Si terꝛam cogitas Si
celum cogitas. Si omnia que.
in celo et in terꝛa ſunt cogitas
nihil hoꝛum eſt deus. Deinde ſi
ſpiritum cogitas. Si animam
cogitas. non eſt h̄ de⁹. Hec ille.

Quid ergo Deſperabimus
Abſit. Eſt em̄ q̄ duci poſſumus
eius mũere vt tandẽ ꝑueniam⁹
fides ſcilicet ab ipſo reuelata. q̄
poſſumus credere etiam que in
telligere nõ valemus In cui⁹ ob
ſequium vniuerſus noſter intel
lect⁹ tota libertate animi eſt ca-
ptiuandus. Niſi enim credide-
ritis n̄ intelligetis Iſay. 7. Et
ad Hebꝛe. xj. Credere opoꝛtet

accedentē ad deū. ⁊ beat⁹ Aug⁹
.j. de trini. c. 2. Mentis hūane
acies inualida in tam excellenti
luce non figitur. niſi per iuſticiā
fidei mūdetur. Scrutari ergo
temeritas eſt. credere pietas eſt
Noſſe vita et vita eterna eſt.
Bern̄. 5. de ꝯſi. ca. 6. Ad nutri
endum itaqȝ in nobis pietatem
fidei. ſancta mater eccleſia inua
leſcente arrianoꝝ hereſi. feſtum
hodiernum ſub nomīe trinitatꝫ
inſtituit. vt que in ceteris feſtis
nunc de patre. nunc de filio. nūc
ſpūſancto tradidit. hodie q̄ſi ſi
mul collecta ꝓponit. vt certiſſi-
me credamus et ꝯfiteamur vnū
deum in trinitate. ⁊ trinitatē in
vnitate. nō cōfundētes pſonas
aut ſubſtantiā ſepantes Sed ī
vnius ſimpliciſſime nature noīe
patrem fi. ⁊ ſſ. pſonaliter diſtin
guētes. q̄d dn̄s inſinuare digna
tus eſt clariſſime ſub breuitate
huius verbuli. In noīe pa. et fi.
et ſſ. De q̇bus ꝑ gr̄a Aue maria
Primo videndū quā fidei nr̄e
ꝓfeſſiōem hec verba ptendant.
Scd̄o quantū nobis colenda
ſunt ⁊ contra aduerſa omīa am
plectenda. ☞ B In no-
mine patris et filij. et ſſ. Verba
hec dn̄i nr̄i ieſu xp̄i oīb ꝓ xp̄ifide
lib⁹ vſitata ⁊ freq̄ntata atqȝ cō
muniſſima ſunt. Semp in ore.
recedāt vtinā nūq̄ȝ a corde hijs
regn̄amur ad ſalutem. ſicut ipſe
mādauit Ite docete oēs gentes
baptiſantes eos. In nomīe pa-
tris ⁊ filij et ſpirituſſancti. Ce-
terā quoqȝ ſacramenta hijs p-
ficiuntur que noſtris verbis
conferuntur. Sola quippe eu-
cariſtia non noſtris ſed domini
verbis conſecratur Hijs lecto
ꝓcumbimus hijs a ſomno exci
tati reſurgimus. hijs noſipſos
et vniuerſa ad nos pertinentia.
contra aduerſe poteſtatis inſi-
diās cōmunim⁹ Ad omnia di-
centes. In nomine patris ⁊ filij
et ſpirituſſancti. vt in omnibus
nos oſtendamus vnius trinita
tis indiuidue. et trine vnitatis
inſolitarie ꝓfeſſores. per quam
creati ſumus et recreati. bona
cuncta recepimus et ſperata ex-
pectam⁹. in qua vniuerſa ſpes
noſtra conſiſtit confidentia de
uotio atqȝ ſalus. ☞ C
Quam nobis reuelare dig-
gnata eſt ipſa trinitas benedi-
cta In omnibus creaturis. In
ſpūalibus figuris atqȝ in vtri-
uſqȝ teſtamenti paginis et ſcri
pturis. ☞ In creaturis em̄
omnibus tanq̄ȝ diuina arte for
matis. opificis ſui veſtigiale re
lucet indicium. In mente vero
rationali imago. que eiuſdem
trinitatis pfectius eſſe ſignum
noſcitur vt ſic inuiſibilia dei (ſi
cut ad Roma. j. ait apoſtolus)
a creatura mundi per ea que fa-
cta ſunt intellecta conſpiciātur
ſempiterna quoqȝ virtus eius
⁊ diuinitas. que late ꝓſequitur
mgr̄. diſ. 3. ꝓmi. Et doc. ibidem

# In feſto trinitatis.

¶ In figuris ſpūalib⁹ vt Gen̄.
9. Abraam dū tres vidit ꝛ vnū
adorauit miſteriū t̄nitatꝭ agno
uit. Deniqꝫ in baptiſmo xpi in
voce pater. in columba ſſ. in ho-
mine xp̄o filius appuit. Sic in
tranſfiguratōne Matt. 17. In
voce pater. In nube ſſ. In hūa-
nitate filius. ¶ In ſcripturꝭ q̄ꝫ
latēter notificauit. ſicut illd̓ In
p̄n° creauit deus celum ꝛ terrā.
In p̄n°. i. in filio Et ſeq̄tur. Et
ſpūs dn̄i ferebatur ſup aquas.
Deinde magis appenter. ſic̄ eſt
illud pſ̄. 32. Uerbo dn̄i celi fir-
mati ſunt. et ſpū oris eius om̄is
virtus eoꝝ Aptiſſime aūt in ver
bis xpi. illis p̄ſtim Euntes do-
cete oēs gentes baptiſantes eos
In noīe p. ꝛ fi. ꝛ ſſ. ¶ D Q̄
em̄ p ſingulas pene ſcripture ſil-
labas ꝑcaꝛ. hij̄s vb̄ ꝟitas clariſ
ſime manifeſtat. Siq̄dem eſſen
tie vnitatē in eo. q̄ d̓t In nomīe
nō in nominibus. vt d̓t Ambro. i.
de trini. Nomen em̄ ad eſſentiā
ptinet. ꝑm illud phi. 4. metha.
Rō quā ſig̃t nomen ē diffinitō
eius Diffinitio aūt quid eſt eſſe
rei indicat. Q̄ ḡ ſingulariter d̓t
In nomīe ad vnitatē eſſentie p-
tinet. que vna eſt in trib⁹ Q̄d̓
aūt ſeq̄tur. Pr̄ ꝛ fi. ꝛ ſſ. pſonas
diuinas. nō ſolum p appropata
ſed p ꝓpria exprimit. Quas nō
ſolū vocibus ſed realiter diſtin
gui repetita ꝯiūctio et deſignat
q ꝑm ḡmaticoꝝ regulas. diſtin-
ctōꝫ eoꝝ que ꝯiungit repſentat

Neqꝫ em̄ de eodem loquētes ve
re dicim⁹. iſte eſt homo et anīal.
copulatim. ſed vere dicim⁹ q̄ eſt
aīal hō. ſiue aīal q̄d̓ eſt hō. Hoꝝ
deniqꝫ v̄boꝝ intellectū hunc. di
lectus dn̄i diſcipul⁹ btūs Johs
in. j. cano. c. vltimo clare demon
ſtrat cum d̓t. Tres ſunt qui teſti
moniū dant in celo. pater v̄bum
ꝛ ſpūſſanct⁹. et hij̄ tres vnū ſunt
¶ Perſonaꝝ vero originē qua
pater a nullo A patre filius Ab
vtroqꝫ eſt ſſ. ipſa noīa ſatis im-
portant Nam nomen paternū.
nomen ē nō p̄ncipiati. ſꝫ p̄ncipi
antis Neqꝫ em̄ de rōne patrꝭ eſt
vt ſit ab alio. ſꝫ q̄ ab eo ſit alius
Filius v̄bo maīfeſte originē ſiue
pductōem a patre demonſtrat.
Spūs vero ſanct⁹ pceſſionē ab
vtroqꝫ. Scim⁹ em̄ ſpiramen ho
mis. neqꝫ ab aīa ſola neqꝫ a cor-
pore. ſꝫ ab vtroqꝫ ſimul pcedere
¶ E Sicqꝫ pductōnū diffe
rentiā. quaꝝ vna eſt p modū na
ture Altera p modū voluntatis
libere. noīa iſta inſinuāt Filios
nāqꝫ mō nature. p gn̄atōem ſcꝫ
pduci certū eſt. Spūs deniqꝫ q̇
et flatus homis. eſt p̄ma opatio
libera appens ad extra Nam in
exteriorib⁹ opibus nihil magis
in nr̄a ptāte eſt q̄ꝫ ſpirare. et ita
opatio pcedens a volūtate. ſal-
tem quantū ad ſpiratōis modū
aliquē. q2 pōt quilibet p volūta
te citius vel tardi⁹ ſpirare. ꝛ ſpi-
raculū ad temp⁹ licet modicū cō
tinere Idcirco modū pceſſiōis

tercie pſone i diuinis. q̃ pcedit p modū doni amantis volūtatꝫ ↄgrua ſimilitudie rñtatꝰ. ppter qd etiā dñs poſt reſurrectōem'. datur ſſ. diſcipulis. inſufflauit ⁊ dixit Accipite ſſ. ⁊c. vt exterio ri flatu. modū pcedendi ſſ. oſtē derét ad intra. Equalitatē etiā pſonaꝝ ↄiūctio copulatiā. et. in nuit. que equaliter extremis co pulātis ↄuenire denotat illō. re ſpectu cuiꝰ fit ↄiūctio Vñ nomē deitatꝫ eque ↄuenire prī et filio et eque ſſ. deſignat. nō vni magꝫ aut pfectiꝰ q̃ꝫ alteri. Sed et effectum baptiſmatꝫ qui eſt crea tio grē p quā deletur originale pctm̄ eque fieri p prēm ⁊ fi. ⁊ ſſ. demōſtrat In hoc em̄ differt aſſociatio alicuiꝰ caſus p ppoſi tōnē cū. ⁊ copulatō p et. vt in ex emplo Pater cū mre gñat. vbi denotat de rigore ſmōꝫ. quedā pncipalitas in prē. et minꝰ pnci palitas in matre. quātū ad gña tōis actum. ſed cū dr. pater ⁊ mr generant equalitas imptatur Sic ḡ ex verbis illis ſaluato ris. ⁊ vnitas eſſentie. et pſonaꝝ trinitas. in pprijs ſuis noibus ſiue rōnibus ſcatur Ordo etiā originis atqꝫ moꝰ Equalitas q̃ꝫ pſonaꝝ. ⁊ in natura diuina ⁊ in opatōne ad extra. f Qua re baptiſantes caute videāt. ne hāc formā mutēt. dicēdo Bap tiſo te in noibus p. ⁊ fi. ⁊ ſſ. Aut nomen ad ſingulas pſonas dicē do In noie p. in noie fi. ⁊ in no mie ſſ. Aut etꝫ mutādo ↄiūctio nem et dicēdo Baptiſo te in no mine p. cū fi. et cum ſſ. qꝛ in tali bus mutatōibꝰ dubiū magnum foret. ſi verꝰ eſſet baptiſmꝰ Et p babilius q̃ nō. q̃ꝫ q̃ ſic. vt habet 4. ſniaꝝ. Hanc ḡ trinitatꝫ fidē incōcuſſam ex verbis xpi colligi mus. qua pfitemur p. et fi. et ſſ. tres pſonas realiter diſtinctas quaꝝ pr̄ a nullo eſt. filius à ſolo prē genitꝰ. ſpūſſanctꝰ ab vtroqꝫ eternaliter pcedens Et idō nec pater eſt filius nec ſpūſſanctus Nec filius pr̄ eſt aut ſpūſſanctꝰ Nec ſpūſſanctꝰ pr̄ et filiꝰ Sūt tñ hij tres vnius ſube et nature p omnia vnus eternus verꝰ ds in ſecula bñdictꝰ Et tm̄ de ſmo

☞ B Oſtenſo nunc q̄uo credenda de ſumma ⁊ ſupbene dicta trinitate latēt in vbo dñi quo ait. In noie p. et fi. et ſſ. ſup eſſet nunc ad creditoꝝ intelligē tiā ſurſum mentē attollere Sꝫ qꝛ tunc meremur intelligentiaꝫ creditoꝝ. dum ea que credimus ope adornamꝰ. ↄſiliū bti Aug. puto nobis audiendū. piter et imitandū. vt dñs det intellectū Ait em̄ ſ. 39. de verbis euāgelij Fratres ad magna tēdimꝰ pua capiamꝰ ⁊ magni erimus. Vis cape celſitudinem dei. cape pus humilitatē dei. Et ſeq̃tur. Cre dite pceptis dei. ⁊ facite illa. et dabit vobis robur intelligentie Non pſumatis et q̃ſi ãnponatꝫ ſciam pcepto dei. ne inferiores

non ſolidiores remaneatis. ār-
borem attendite. Petit pͦ ima
vt ſurſum excreſcat. figit radicē
in humili. vt verticē tendat ad
celū. Nunqd nititur niſi ad hu
militatē. Tu aūt ſine caritate. ſi
ne hūilitate. vis excelſa ꝯphen-
dere. Sine radice auras petꝭ.
Ruina eſt iſta nō incrementum
Et iterum in codē. Si vis illū
mente ꝯtingere purga mentem.
purga cor tuū. purga oculū tuū
vnde illud quidqd eſt poſſit at-
tingi. Mundum fac oculū cor-
dis. Beati em̄ mundo corde. qꝛ
ipſi deū videbūt. D Sed
ad humiliandū ſeipm. ad mun-
dandū mentis oculū neceſſe eſt
omīa intendere et opari. In no
mine p. et. fi. et ſſ. Eſt em̄ hoc
verbū ſiue nom̄ diuinū. ſumme
dignitatꝭ. maxie efficacie et vir
tutis. et ideo nobis ſūme reuerē
tie ꝛ timoris. Cū em̄ omīa noīa
repſentantia deū quantū ad ſi-
gnatū vnū nomen ſint. ſicut dꝛ
zacha. 14. Deus vnꝰ. ꝛ erit no-
men eius vnū. ꝛ ſm hoc de quo-
libet dr ppha. Magnꝰ es tu. et
magnū nomē tuum Eſt tm̄ inter
iſta nomīa dei in rōne ſignoꝝ di
ſtinctio aliqua. ſm ꝙ diſtictius
ea que dei ſunt ſcant ſicut noīa
ppria digniora ſunt appropatꝭ
et que ex inſtitutōe deū ſignifi-
cant pferunt eis. que ex quadā
circūlocutione et analogia deo
attribuūt. Sicut etiam apud
iudeos nomen dei tetragrama-

ton omnibus alijs maioris fuit
reuerentie. et inter nomina xpi
ihs (qꝛ nomen ppriū eſt) digni
tatis obtinet pncipatum. Sed
p hoc verbū. In noīe patrꝭ ꝛ fi.
et ſſ. diuine eſſentie vnitas. et p
ſonaꝝ trinitas diſtinctiſſime et
ſub pprijs rōnibus vt dictū eſt
deſignatur. clarius q̄ȝ in quocū
qȝ alio nomine deum repreſen-
tante. et quidquid in alijs circū
locutiue. attributiue. et q̄ſi ſub
velamīe includit. In hoc expſſe
et pprie ſignificat. ita vt de hoc
verificari poſſet illō Canticoꝝ.
oleum effuſum nomen tuum.

Omnia em̄ nomīa patribus
reuelata quaſi oleum incluſum
In hoc autē oleum diuine ꝯmu
nicabilitatꝭ claret effuſum. p pa
trē in filiū. et ab vtroqȝ in ſpiri-
tūſanctū. Ideo hoc nomen. non
ppheta. nō angelus attulit. ſed
ipm pmo. os domini nomīauit
Iſa. 62. Ipſe enim filius qui ſo
lus nouit patrem Matth. xj. et
patrē et ſpiritūſanctū nobis cla
re reuelauit. et hoc nomine deſi
gnauit. De h ergo veriſſimū eſt
verbū Ps. 112. A ſolis ortu vſqȝ
ad occaſum laudabile nomē do
mini. ☞ I Eſt quoqȝ ma
xime virtutis. neqȝ ad id enar-
rare. ſufficere poterit mens hūa
na. dicēte moyſe Exo. 15. Om-
nipotens nomē eius. ꝛ Prouer.
18. Turris fortiſſima nomen do
mini. ad ipſum fugit iuſtus et
ſaluabitur. In hoc nomine cum

cta in ꝑncipio ſunt creata. natu
ra hominis perdita reſtaurata.
gratia infuſa. peccata deleta.
demones expulſi. infirmi cura-
ti. mortui ſuſcitati. martires cō
fortati. atqꝫ miraculis glorifi-
cati. vniuerſa vicia et inimici ſu
perati. De quo beatus Bern̄.
ſmōe. 15. ſup cantica ait. Triſta
tur aliquis veſtrum. veniat in
cor nomen domini. et inde ſali-
at in os. Et ecce exortum nomi
nis lumen. nubile omne diffu-
git. redit ſerenum. labitur quis
in crimen. currit inſuper in la-
queum mortꝭ deſperando. Nō
ne ſi inuocat nomen vite. confe-
ſtim reſpirabit ad vitam. Cui
aliquando ſtetit ante faciem ſa
lutaris nomīs. duricia vt aſſo-
let cordis. ignauie torpor. ran-
cor animi. languor accidie.
Cui fons forte ſiccatꝰ lacrima-
rum. inuocato nomine domini
non continuo erupit vberior.
fluxit ſuauior. Cui in periculis
palpitanti et trepidanti. inuo-
catum virtutis nomen. non ſta-
tim fiduciam preſtitit. depulit
metum. Cui queſo in dubijs
eſtuanti et fluctuanti. ad inuo-
catōnem clari nominis nō ſubi
to emicuit certitudo. Cui in ad
uerſis diffidenti iam iamqꝫ de-
ficienti. ſi nomen adiutorij ſo-
nuit. defuit fortitudo Et ſequi
tur. Nihil ita ire impetum co-
hibet. ſuperbie tumorem ſe-
dat. ſanat liuoris vulnus. re-
ſtringit luxurie fluxum. extin-
guit libidinis flammam. ſitim
temperat auaricie. et totius in-
decoris fugat pruriginem. deni
qꝫ exercitatos repat ſenſus. vir
tutes roborat. vegetat mores
bonos atqꝫ honeſtos. caſtas fo
uet affectiones. hec Bernardꝰ.

☞ R Dicis forte. hoc de
nomine ieſu Bernardꝰ ſcribit.
Sed et apoſtoli in nomine ieſu
chriſti miracula operati ſunt et
baptiſarunt. vt habetur Act. x
☞ Ad quod dicendum ſm
beatum Ambro. liº. ꝑmo de ſpi
rituſancto. In nomine chriſti
tota trinitas intelligitur. et ſi-
militer in nomine ieſu. et ita q̇d
quid in hijs nominibus digni-
tatis veneramur ex eo eſt. quia
in eis nomen hoc. de q̄ loq̇mur
Pater et filius et ſpūſſanctꝰ in
telligitur. ait enim. Si chriſtū
dicas. et patrem a quo vnctus
eſt filius. et ipſum qui vnctus ē
filium. et ſpiritūſanctū quo vn-
ctus eſt deſignaſti. Scriptum
eſt enim Actu. 2. Hunc ieſum a
nazareth. quem vnxit deus ſpū
ſancto. ☞ Jeſus etiam no-
men eſt ſuppoſiti diuini et hu-
mani. et interpretatur ſaluator.
Eſt autem ieſus ſaluator ſm v-
tramqꝫ naturam. ſm humanā
quiꝺ ſalutem nobis meruit. ſed
ſm diuinā. cū patre ⁊ ſpūſancto
ſalutem dedit. ideo ait Joh. 14
Pater in me manens ipſe facit

opā. et p̄miſit. verba que ego
loquor. a me ipſo nō loquor Et
Jſa. 61. Spūs dn̄i ſup̄ me eo ꝙ
vnxit me. euangeliſare paup̄ib⁹
miſit me. ſanare cōtritos corde
ꝛc̄. vt ꝓ ſe allegat Luce. 4. Sʒ
nemo dubitat maiorem eſſe qui
dat. ꝛ qui coronat. qꝫ qui meret̄
Qui ꝛ ſi ſolus carnem ſuſcepit
ꝓpter noſtrā ſalutē. cum tn̄ ad
nr̄am redemptōʒ et pater ꝛ ſpūſ
ſanct⁹ imo et ipſe filius miſit. vt
habetur in p̄° diſ. 15. Et hoc in
nuit ipſe Bern̄. vbi ſup̄ cum dt
cum nomino ihm. hominē mihi
prepono. omni ſanctitate cōſpi-
cuū. eundēqʒ ipm̄ deū oīpoten-
tem. Sumo vtiqʒ mihi exem-
pla de homine. auxilium de oī-
potente. p̄ncipali⁹ ergo toti tri-
nitati. attribuitur omīs digni-
tas et efficacia. que in nomine
ieſu xp̄i inuenitur. ¶ Ex
quo manifeſtū eſt quāte nobis
eſſe debet reuerentie ꝛ timoris.
Reuerentie vt ſemp̄ id geram⁹
in corde. ſemper proferamus.
ore. et tanqꝫ baculum nr̄e infir-
mitatis ſit nobis in manibus.
quo ſuſtentati ꝓgrediamur de
virtute in virtutē. ꝛ quaſi ſcutū
ꝯtra omnes corp̄is et anime mo
leſtias. noſtris appenſum ſit cor
p̄ibus. Scientes. quia omnis
qui inuocauerit nomen domini
ſaluus erit Johel. 2. Timoris
vero. ne id polluam⁹ ne id bla-
ſphemem⁹. ſicut ſcriptū eſt Deu
tro. 28. Et timueris nomen ei⁹
glorioſum et terribile. ꝛ in Ps̄.
Sanctū et terribile nomen ei⁹.
Si em̄ imaginem paſſiōis xp̄i
pictam. aut crucis ſignaculum
qui polluit grauiter punitur.
Quid ſi tantū nomen quod in
trinſicā diuinitatis ſignificādo
penetrat. a nobis inhonoretur
contra p̄ceptum dn̄i Leuit. 19.
Ne pollues nomen dei tui. Et
ne aſſumas nomen dei tui inua
nūm Sumop̄e itaqʒ curemus
dei nomen revereri ꝛ honorare
quatin⁹ eiuſdem nomīs effect⁹
in nobis ſentire valeamus ꝛc̄.

## ¶ In feſto trinitatis ſer- .V. in ordi. XLIII.

NObis aūt vnus de⁹. j. Cor. 8.
A Deoꝝ pluralitatē
nō ſolum qui legem receperunt
iudei ꝛ xp̄iani. ſed et gentiliū re
probant ph̄i. Multiplicib⁹ rō
nibus vnū tm̄ deum. oīm rerū
ſummū p̄ncipem ꝛ p̄ncipium. a
quo omib⁹ datū eſt eſſe ꝛ viuere
ꝯprobarunt. ita vt nulli ratōīs
naturalis ductu agenti dubiū
relinquat̄ nihil eſſe ydolū in mū
do. vt dt apl̄s vbi thema. i. ydo
la nihil diuinitatis habere.
¶ Uerum quia hunc ſolū deū
ſcriptura. nec ſolitarium nec di
uerſum eſſe p̄dicat (qm̄ ꝛ ꝯſorti
um triū pſonaꝝ ꝓfitetur in eēn
tie vnitate. vt vult Hil. 4. de
trinitate Et mgr̄ diſt. 23. p̄mi.
Cōſonat hugo de ſac̄. p. 3. c. 29

ad qd̓ humana ratio nō ptingi-
tur) Jdcirco quidam ſuo ſenſui
innitentes. q̄uis ſcripturas vtri
uſqꝫ teſtamenti recepint. non ca
pientes in vnitate ſubſtātie pſo
nalem diſtinctionem. in oppoſi-
tas hereſes prolapſi ſunt. Qui-
buſdā tenentibꝰ eſſentie vnita-
tem. ⁊ diſtinctionē pſonaꝝ negā
tibus. Quorū auct. fuit ſabelli-
us. Aliȷ̈s ecōtra pſonarū diſtin
ctōem attēdentibꝰ. et vnitatem
ſcindentibus ſubſtantie. quorū
ſeductor fuerat arrius. Primi
pſonas ꝯfuderunt. dicentes eā-
dem pſonam nūc dici patrē. nūc
filium. nunc. ſſ. Scđi eſſentiam
diuiſerunt. dicentes filium ⁊. ſſ.
non ſolum pſonaliter. ſed ⁊ eſſen
tialiter diſtingui a patre. Cōtra
quos in ſymb. dicit Atha. Neqꝫ
ꝯfundentes pſonas nec ſubſtan
tiā ſepantes. Et. j. ioh. v. Tres
ſunt qui teſtimonium perhibent
in celo. pater verbum ⁊. ſſ. Et hȷ̈
tres vnum ſūt. Eccleſia ḡ catho
lica icōcuſſā filȷ̈s ſuis fidem tra
dere cupiēs. diſtincta feſta perſo
nis appropauit. que iam volente
dn̄o exegimus ꝯtra ſabellianos
pſonas nō diſtinguētes Hodi-
ernā quoqꝫ ſupaddit ſolēnita-
tē. quā neutri pſonaꝝ appropri
ando attribuit. ſed magis vni-
tati diuīe eſſentie. que vna eſt ⁊
eadem p omia in tribꝰ p. fi. ⁊ ſſ.
ꝯtra arrianos. filiū ⁊ ſſ. a patre
ſepantes ſubāliter. ⁊ ita eſſenti-
am in eis multiplicantes. vt ſic
ſuos filios recte inſtruat. nō ſo-
lum trinitatē in vnitate in feſtꝫ
pſonis appropatis. ſed ⁊ vnita-
tem in trinitate venerari in ſolē
nitate hodierna Cui fuit ſmo
apl'i in themate pmiſſus. Nobꝫ
aūt vnus deus Pro grā Aue
☞ ¶ B Quia in hodierna
ſolēnitate vt ad neceſſariā nob̄
dei ꝯgnitōeꝫ ptingamꝰ. vnitas
in trinitate et trinitas in vnita-
te firmiter credenda ꝯgnoſcen-
daqꝫ pponitur. Jdeo pmo de-
clarādū eſt. qūo ad tāte rei ꝯgni
tōem querēdā eſt pcedēdū. Se
cūdo de illis que de deo ꝯgno-
ſci optet inueſtigādū Tercio qd
a nobis ꝯgnito dn̄o quātum in
via ſatis eſt ſit agendum. Hec
tria thema amplectit̄ Quātū
ad pmū Quia ſm mgr̄m diſ. 2.
pmi. mētꝫ hūane acies i tam ex
cellēti luce diuitatis nō figitur.
niſi p iuſticiam fidei emūdetur
Jdeo de hac ſumma ⁊ excellētiſ
ſima re cū modeſtia et timore eſt
agēdum. et attētiſſimis ac deuo
tis auribus audiēdū. vbi queri
tur vnitas trinitatꝫ p. et fi. et ſſ.
vt dicit Augꝰ. j. de tri. Et ſub-
dit ratōem. Nec piculoſius ali
cubi erratur. nec laborioſiꝰ ali-
quid querit̄. nec fructuoſiꝰ ali-
quid inuenit̄. ¶ C Pericu-
loſe querūt. qui curioſe querūt
De hȷ̈s dicit̄ Prouer. 25. Qui
ſcrutator eſt maieſtatꝫ opprimet̄
a gloria. Utiliter vero ⁊ fru
ctuoſe querūt. qui in ſimplicita

te cordis querũt. Q̃uo vt illũ q̄
ramꝰ hortatur ſcriptura Sap.
.i. Sentite inq̇t de dño in bo⸗
nitate. ⁊ in ſimplicitate cordis q̄
rite illũ. Q̃m inuenit̃ ab hÿs q̇
nõ temptant illũ. Et in ps̄. 104.
Letetur cor querentiũ dñm. Et
iterũ Inquirentes autem domi
num non minuẽtur omni bono.
ad hꝰ Augꝰ. x. de tri. c. i. ¶ Que⸗
runt aũt dñm curioſe q̇ dũtaxat
querunt ad paſcendũ intellectũ
ſcie naturaliter cupidũ. nõ ad re
ctificandũ affectũ Ea q̄ ſupra ſe
ſunt aut ad ſe nõ ptinẽt ſcrutan
tes. q̇bus dicit̃ Eccl. 3. Altiora
te ne q̄ſierꝭ. et fortiora te ne ſcru
tatus fueris. ſed que pcepit tibi
deꝰ cogita ſemp Et in pluribus
opibꝰ eiꝰ ne fuerꝭ curioſus Tales
curioſi pſcrutatores diuie ma⸗
ieſtatis fuere gentiliũ phi. de q̇⸗
bus Ro. j. Cũ cog. deũ nõ ſicut
deum glo. aut gr̃as egerunt. ſed
euanuerũt in cogitatõibꝰ ſuis. ⁊
obſcu. eſt inſi. cor eorũ. Dicentes
em̃ ſe eſſe ſa. ſtul. facti ſunt ¶ In
ſimplicitate cordis querũt deũ.
q̄ꝛ cor diuiſum nõ eſt ſiue multi
plex. nõ q̄rentes aliud ſcire ⁊ ali
ud velle vel opari. ſed idipm qd̃
ſcia miniſtrat intellectui. exequi
conãtur effectu ⁊ volũtate. Hÿ
vtiliter deum querũt. qm̃ queſi⸗
tum inueniũt. ſicut p Hiere. 29.
pollicetur dominꝰ. Queritꝭ me
et inuenietis. cum ex toto corde
me queſieritis. ☞ D ¶ Pri
mi querunt dominũ q̃uo homi⸗
nes nouitatibꝰ delectãti. ſtudio
ſe audiunt geſta et habitudies
regum et pncipũ multũ diſtan⸗
tium. nihil ad ſe ptinentiũ. quo
cognito. nihil minus nec magis
nec aliter agũt. Sc̃di vero deũ
noſſe geſtiunt quomõ ſerui aut
ſubditi ſuum regem aut pncipẽ
Cuius mores cũ didicerint. ſm
hoc vitam ⁊ mores ſuos ſolicite
cõponunt. ne ſuo pncipi cuiꝰ irã
timent diſpliceant. Sic et nos
itelligere deum laboremꝰ. quia
vtiliſſimꝰ eſt labor. Beatificat
em̃ ipſo teſte dño. Si hec ſcitis
beati eritis ſi feceritis ea. Joh.
13. Et hoc eſt qd̃ latenter in the⸗
mate innuit apl's cũ ait. Nobis
autẽ vnus deus. ¶ Volens em̃
ↄtra gentiliũ ydolatriã oſtende
re vnum ſolum et verũ eſſe deũ.
cur adderet nobis (cum ipſe ds̄
ſit omniũ celi terre infernorũ. im
mo ſicut Job. xj. ſcribitur Celo
excelſior. Inferno profundior.
Lõgior terra. Latior mari) niſi
erudire vellet. vt ea q̄ d̃ deo in⸗
telligimus. non tanq̄ꝫ de alieno
principe vel domino. ſed tanq̄m
de noſtro ſummo et omnipoten
te creatore ac gubernatore ac re
ge. cuius ſerui et ſubditi nos ſu
mus. capiamus. Et ſm hec cog
nita. vitam noſtram dirigamus
quaſi diceret. Et ſi hÿ qui ſe exi
ſtimant ſcire deum quaſi alienũ
ſcrutantur. nihilominꝰ ydolis
ſuis ſeruientes. que dicunt̃ apd̃
eos dÿ. q̄muis nihil ſunt. Sci⸗

mus tñ nos. qꝛ nullꝰ ds niſi vnꝰ
qui et ſi oim ds ē Nobis tñ vnꝰ
deus eſt. ita honorandus ſicut
nobis cognitꝰ. Tantū de ṗmo.
☞ E ¶ Que autem de ipſo
cognoſcenda nobis ſunt. hijs
verbis apoſtolus docuit quia
nobis vnus eſt deus. Neqꝫ ali⸗
ud aliquid de ipſo ſcire poſſu⸗
mus. niſi ꝙ nobis vnus eſt deus
Si eñ de ipſo ſcimus quia res
quedam ſumma eſt. Si tñ res
appellari poteſt. Si de ipſo ſci⸗
mus. quia potentiſſimus. quia
infinitus. quia ſapientiſſimus.
incōprehenſibilis. quia omniū
cauſa efficiens. exemplaris. fina
lis. omnia ꝓducens. omnia con
ſeruans. omnia regens ꝛc. ſimi⸗
lia. quid aliud ſcimus. niſi ꝙ no
bis vnus eſt deus. Propter qđ
Mgr̄ diſ. j. li. ṗmi Non inquit
poteſt facile inueniri nomen qđ
tante excellentie cōuenit. niſi ꝙ
meliꝰ dicitur. trinitas hec. vnꝰ
deus. ¶ Uerum deus dupli⸗
citer cognoſci poteſt. In ſe Aut
ſimilitudine quadam In ſe ipſo
quidem a nobis in hac ꝑegrina
tione conſtitutis cognoſci non
poteſt. Sic enim poſuit tene⸗
bras latibulum ſuum. Et moy⸗
ſi in caligine nubis apparuit in
monte Siquidem tenebroſa a⸗
qua in nubibus aeris. quoniā
limpiditas diuine cognitionis
tenebroſa eſt. non ſolum cōmu⸗
nibus hominibus. ſed nubibus
aeris. id eſt ſanctorū mentibus
eleuatis. de hoc beatus Auguꝰ.
in meditatōibꝰ ca. 28. Certum
eſt corporeis oculis te non poſſe
ſentiri. ſed nec ab vllo mortaliū
in propria eſſentia potuiſſe ali⸗
quando videri. Hinc Dyoniſiꝰ
ad gayum monachū ſcribit. Et
ſi aliquis videns deum intellex⸗
it quod vidit. non ipſum vidit.
ſed aliquod eorum que ſunt eiꝰ.
que exiſtunt ꝛ cognoſcunt. Ui⸗
de de hoc Hugo. de ſacramētis
ꝑte. x. caº. j. Grego. 29. moraliū
optime conſonat in paragrapho
octauo. ꝛ beatus Grego. omel.
8. in ezech. Quantalibet inten⸗
tione ſe mens humana tetende⸗
rit. etiam ſi iam fantaſias ima⸗
ginum corporalium a cogitati⸗
one compeſcat. adhuc tamen in
mortali carne poſita videre glo⸗
riam dei non valet ſicuti eſt. ſed
quidquid de illa eſt. que in men
te reſplendet. ſimilitudo et non
ipſa eſt. Propter quod vigilan⸗
ter deſcribens Ezechiel viſionē
ſibi a domino oſtenſam. Hec in
quit viſio ſimilitudis glorie dei
non glorie dicit. ſed ſimilitudi⸗
nis glorie dei. Eiuſdem. j. Et
paulus in terciū celum raptus.
Uidemꝰ aūt nunc ꝑ ſpeculum ꝛ
in enigmate. tūc autem facie ad
faciē. j. Cor. iz. F Quē vͦo
in ſe ipo cognoſcere non valemꝰ
in ſilitudine ꝯgnoſcimꝰ. in q̄ ſe
ipſum reuelauit nobis. Reuela
uit ſiquidem ſe ipſum nobis in
creatura ſꝫ obſcuriꝰ. Reuelauit

etiā ſe nobis clariꝰ in ſcripturā De ꝑmo Ro. j. Quod notū eſt dei manifeſtū eſt in illis. Deus em̄ illis reuelauit. Inuiſibilia ei ipſiꝰ a creatura mōdi. i. hoīe ꝑ ea que facta ſunt intellecta ꝯſpici unt. ſempiterna qꝫ virtus ⁊ bo‑ nitas. tanq̄ꝫ cauſa ꝑ effectum.

¶ Dimiſſis ꝓ nūc ſcripture te‑ ſtimonijs in q̄bus clarius ꝯgno ſcitur deꝰ Uideamꝰ quid nobꝫ de deo loquūtur creature. Hoc em̄ mō nihil nobꝫ d̄o notiꝰ. q̄m eum clamāt oēs creature ſimul. et quelibet ſingillatim Sic aīa ſua cuilibꝫ inuiſa eſt. ⁊ quātum ad quid eſt in ſeipſa incognita. Qꝫ tn̄ in corꝑe ſit ipm̄qꝫ viuifi‑ cet ⁊ regat. nihil homini magis cognitū. Hec em̄ vniuerſi corꝑꝫ motus ⁊ quelibet homīs opera clamāt. ſimlʼ ⁊ ſingillatim De hoc vero ꝙ oēs creature deū cla mant. ita loq̄tur Hugo ꝑte. 3. c. .18. Loq̄tur oīs natura auctorē ſuū ⁊ indicat q̄d factū eſt opifi‑ cem intelligēdi ſenſum hn̄tibꝰ ad idē beatꝰ Augꝰ. 15. de tri. c. .4. Neqꝫ em̄ diuīoꝝ libroꝝ tm̄o auctoritas deū eſſe predicat. ſed oīs que nos circūſtat. ad quam etiā nos ꝑtinemꝰ vniuerſa ipſa rerum natura ꝓclamat ſe habe‑ re p̄ſtantiſſimū ꝯditorem. Qui nobis mentē rōemqꝫ dedit na‑ tura lem. qua

Uiuentia. nō viuentibus
Senſu ꝑdita. nō ſentiētibus
Intelligētia. nō intelligētibus
Immortalia. mortalibus
Impotētibus. potentia
Iniuſtis. iuſta
Deformibus. ſpeciciosa
Malis. bona
Corruptibilibꝰ. īcorruptibilia
Immutabilia. mutabilibus
Incorꝑalia. corꝑalibus
Beata. miſeris p̄ferenda iudi‑ camꝰ ac ꝑ hoc. q̄m rebus creatꝫ. ſine dubio p̄ponimꝰ creatorē. oꝑ tet ⁊ eum ſumme viuere. cuncta ſentire ⁊ intelligere. mori corrū‑ pi inuariqꝫ nō poſſe. nec corpꝰ eſſe ſꝫ ſpm̄. oīpotētiſſimū. iuſtiſ‑ ſimū. ſpecioſiſſimū. optimū. bea tiſſimumqꝫ fateamur. S

¶ Ecce duodecim nobiliſſimas ꝑfectōes in creatore nobis teſtā tur creature que ſunt.

Eternus
Immortalis
Incorruptibilis — Ecce q̄ttuor
Immutabilis
Uiuus
Sapiens
Potens — Ecce q̄ttuor
Specioſus
Iuſtus
Bonus — Iterū q̄ttuor
Spiritus
Beatus

Reducit tn̄ illa beatꝰ Augꝰ ad tria. Prima q̄ttuor ad eternita tem q̄ reliqua ꝯprehendit. Eter nus em̄ eo ipſo īmortalis eſt in‑ corruptibilis ⁊ īmutabilis Alia q̄ttuor ad ſapiam. Si em̄ ſapi‑ ens. ergo viuus. potens. ſpecio‑

ſus De ſapia em̃ (qꝛ pulcerrima forma) ſcribitur. Amator fact⁹ ſum forme illius Quid ſapiẽtia potenti⁹. q̄ attingit a fine vſqʒ ad finẽ fortiť ꝛc̄. ſap. 8. Alia. 4 ad btitudinẽ Si em̃ btũs. erit vtiqʒ. bonus. iuſtus. ꝛ ſpũs

Eternus Pater { Immortalis / Incorruptibilis / Immutabilis }

Sapiẽs filius { Viuus / Potens / Specioſus }

Beatus Spũſſcũs { Iuſtus / Bonus / Spiritus }

Hÿs aũt trib⁹. eternitate. ſapia btitudine. relucet pſonaꝝ trinitas. p approꝑatõʒ. q eťnitas pr̃i Sapia filio. btitudo approꝑať ſ. ſancto. ¶ D / Sʒ ꝛ hec tria Aug⁹ reducit ad ſapiam. oñdẽs apte. oĩa hÿs. 12. noib⁹ expſſa in d̃o idẽ eſſe. nec diuidi. nec ſepari poſſe. inter ſe vel a d̃o Nõ em̃ hec de d̃o dicũť ſm accñs. ſʒ ſm ſubam. Nec eſt aliud a d̃o quid q̄d eſt in d̃o Cum em̃ d̃s ſit entitas ſũma ꝛ pfectiſſima. ꝛ ſ Anſ q̄ meli⁹ excogitari nõ põt. necc̃e ẽ vt nullã pfectõem ab alio mẽdicet. ſʒ oẽm ſibi poſſibilẽ ſibi idẽptificet. Vnd̃ clariſſime relucet vnitas dei ꝛ impoſſibilitas pluralitatꝭ deoꝝ. vide Hug. de ſac̃mentis p. 3. c. xj. Si em̃ pl̃es cũ neuť alio pfectior eſſe pt. alioq̄n impfectior. d̃s nõ eſſet. Et ſi eq pfecti. vel q̄libet idẽptificaret ſibi alteri⁹ pfectõm et ita id̃ eẽnt Aut nõ. et ſic neuter d̃s eſſet. cũ cuilibet pfectio deeſſet alterius formaliť ꝛ eminẽter. et ita q̄libʒ impfect⁹ Vnus ḡ tm̃ eſt de⁹. et id̃ pfectiſſim⁹. nec aliter eſſe poſſet q̄ dicta ſunt ſcʒ oĩpotẽtiſſimus ſapiẽtiſſimus ꝛc̄. niſi vnus Pulcre itaqʒ omnẽ diuinã pfectõem deſignauit apl̓s cũ dixit. Nobis d̃s vnus eſt. Sed neqʒ in hac vnitate ťnitas latet pſonaꝝ. quã in eo oñdit Aug⁹. 15. de trinitate. qꝛ eſt ſumma ſapia ad quã reducit oẽm diuinã pfectõem. Vbi nanqʒ eſt ſapia. ibi eſt mens generãs. verbũ naſcẽs. et amor nectẽs Mens generãs pr̃ eſt. Verbũ naſcẽs fili⁹ Amor nectens ſſ. Ecce nihil de deo tacuit apl̓s cũ dixit Nobis ãt d̃s vnus eſt tantum de ſcd̃o ¶ Relinquiť ꝓpter plixitatẽ q̃uo in ſingulis creaturis rñtatur de⁹. p modum veſtigÿ vel imaginis. q̄d̃ tñ foret hic declarandum

¶ I / Cognouimus ex verbis apl̓i vnũ eſſe deum. et ideo ſumme pfectũ et omni bonitate pleniſſimũ. curemus autẽ vt illi ſit nobis vnus deus. i. vnicus. ad quẽ omne noſtrũ tendat deſiderium. Faciem⁹ hoc. ſi nos fuerimus ppl̓s eius ꝛ oues paſcue ei⁹ ſic em̃ ait ꝓpheta. Ipſe eſt dñs d̃s nr̃. nos aũt ppl̓s eius et oues paſcue eius. Q̃uo aũt populus dñi ꝯſtituemur? Certe ſi ſibi cõ

figurabimur. ſi ſibi aſſimilemur
Solet em̄ popul⁹ et familia ꝑn
cipis ſuo domino in veſtitu vel
ſigno quodam ↄfigurari. Et q̄
dem ad hoc tota natura feſtiat
vt ſuo creatori aſſimiletur quā
tum poteſt. Sicut ait Areſto.
2. de aīa. imo eodem teſte. illius
cauſa agunt quecūqꝫ agunt ſm
naturā. Omnia ſiq̄dem natura
lia opa cuiuſlibꝫ ſuppoſiti ad h̄
tendunt. vt ſuū eſſe in quo diui
na ſibi ꝑticipata eſt bonitas ⁊ ſi
militudo. ↄſeruēt in indiuiduo
vel in ſpecie. Ideo reſiſtit omne
ens corrūpenti. appetitqꝫ ꝑma⸗
nere Bo. 3. de ↄſo. p. xi. Rōna
lis ꝟo creatura nō in hoc ſolum
ſꝫ etiā naturalit̄ tendit in diui⸗
nas ꝑfectōes Intellect⁹ ad verū
Affectus ad bonū. Hec ſunt op
tima ad q̄ naturalr̄ ratio depꝛe
catur. vt dt̄ Ariſ. j. ethi. ¶ Nita
mur ergo (naturali inclinatōne
docti et adiuti) vni deo nr̄o con
formari Ut ꝑ:nū in nobis inue
niat trinitas in vnitate. i. memo
ria intellectus ⁊ volūtas in deo
nr̄o vniti Fiet hoc. ſi ꝑ nr̄o mo⸗
dulo hec q̄ deo ineſſe audiuim⁹
nos ipſi hr̄e laborem⁹. Sic em̄
in hoc mundo hō deo aſſimilat̄
ſm Aug. in ſuo didaſ. ſi fuerit
ſapiēs iuſtus ac ceteris ꝟtutib⁹
adornat⁹ Eo em̄ deo ſimilioꝛ q̄
ſapientioꝛ et iuſtioꝛ ⁊c̄. Et eo ſa
piētioꝛ ⁊ iuſtioꝛ. q̄ deo ſimilioꝛ.
¶ K Et qꝛ cunctas ſupꝛa
memoꝛatas diuinas ꝑfectōnes
Aug⁹ reducit ad tres ad eterni
tatem. ſapiētiam. beatitudinē.
ſatagam⁹ has in nobis habere
quantum valemus. Eternitas
ſtabilitatē impoꝛtat et indeficiē
tiam Ad eam ergo tendimus. ſi
ab omibus caducis ⁊ tranſito⸗
rijs retracti. ſtabiliter eterna q̄⸗
rimus. ꝓcedēdo ſemꝑ creſcēdo
et nō relabendo. ſicut apoſtol⁹
ait. Que retro ſunt obliuiſcens
ad ea vero que ſunt ꝑoꝛa exten⸗
dens meipm̄. ad deſtinatū perſe
quoꝛ brauium diuine vocatōis
Phil. 3. Quid em̄ ꝓficit bona
incipe et nō in eis ſtabiliter ꝑſe⸗
uerare ⁊ creſcere? Nunq̄ꝫ viatoꝛ
ad terminū veniret. ſi quotiens
incipet ab itinere reſiliret. Sic
erimus imoꝛtales. ſi iuxta apl̄m
fuerimus in bono nō deficien⸗
tes. qꝛ tunc tm̄ moritur aīa cum
a bono ſepatur. Simus incoꝛ⸗
ruptibiles. nulla caduca ⁊ ſenſu
ali delectatione vincibiles. que
coꝛrumpūt bonos moꝛes Et im
mutabiles. ſemꝑ in vnum ſcilicꝫ
deum ſummū bonum tendētes.
Et quāuis diuerſa ꝓ cauſarum
qualitate agere contigat. a fine
tamē vltimo in quē oꝛdinanda
ſunt omnia. intentionē opis ne
quaq̄ꝫ reflectamus. Sic in mul
tiplicitate vnitas. et in actionū
varietate vnius intentiōis ſua
bitur imutabilitas. Sicut apo
ſtolus hoꝛtatur. Omnia in glo
riam dei facite. j. Coꝛ. 10. L
¶ Conemur etiā ad ſapiā ꝫ que

eſt eternoꝝ cōtemplatio. vt ſm
apl'm. j. Thio. 2. pphanas. ſtul/
tas. ⁊ ſine diſciplina q ōes deui
tantes. doctrine veritatꝭ interi
orē accomodemꝰ auditum Sic
vero viuemꝰ. ſi ocio ſapientie va
cabímꝰ. Alioq̇n q̇d eſt ociū ſine
bonis. niſi viui hoīs ſepultura?
vt dt̄ Sene. Erimꝰ et tunc potē
tes atq; ad opandum robuſti. ſi
ꝯſilijs ſapientie opm et agendo
rum exitus meciemur Sic ſcri/
ptum eſt. Vir ſapiēs ⁊ fortis eſt
vir doctus robuſtus et validus
Prouer. 24. Specioſi q̇ꝫ tunc
erimus. quia corde mūdi. ⁊ pul
cerrimis ſupnoꝝ cogitatōibꝰ et
formis pleni. ¶ Simus demū
beati. fruentes nunc deo. non
in re ſed in ſpe. Diligendo deū
pure et munde ꝓpter ſe ipſum.
Hoc enim eſt frui. amore alicui
inherere ꝓpter ſe. vt dt̄ Augꝰ.
j. de doctri. xp̄iana. Hic amor ſi
inſit. bonos nos facit. iuſtos et
ſpirituales. Transformat enim
in amatū. Et ita ſpiritales red/
dit ſicut ipſe q̇ amatur ſpiritus
eſt. Deniq; nos faciet idem vel/
le et nolle. quoniam amicos fa/
cit. et horum vt dicit Areſto. 9.
ethicoꝝ. idem eſt velle et nolle.
In quo perfecta conſiſtit noſtre
voluntatis iuſticia et bonitas.
eo ꝙ ei ſummū vnit bonum. Et
hec ē btītudo vie. ſic dt̄ ꝓpha.
Beatū dixerunt populū cui hec
ſunt Beatus populus cuiꝰ do/
minus deus eius. Vere ergo be
ati ſumꝰ ſi nobis eſt vnus deus
Amen

## In feſto corporis christi. Sermo .I. in or. XLIIII

Eſurientes impleuit bonis Luce. j.

¶ Agimus hodie diem cla/
riſſimum. feſtiuis ceremonijs.
gaudio. et canticꝭ perornatum.
cultu latrie ſacramentum euca/
riſtie diuiniſſimum venerantes
Recte inq̄m diuiniſſimū. quo/
niam et cetera ſacramenta diui
na ſunt. que effectum a ſolo deo
creatum. gratiā videlicet iuſtifi
cantē. nō ꝯtinent ſed efficaciter
ꝑcant. Illud ꝟo qd̄ hodie coliꝰ
ſacr̄m di. nō effectum. ſed ꝑ qd̄
facta ſunt omnia ip̄m verbū de
um fontē gratiaꝝ. nō modo ſig/
nificat ſed cōtinet realiter atq;
vere. Panis inquit quem ego
dabo caro mea eſt ꝓ mūdi vita.
Joh. 6. ☞ ¶ Exultauimus et
letati ſumus. tam iocunda pi/
gnoris amoroſi preſentia conſo
lati. Ecce enim emanuel. id eſt
nobiſcum deus. quāuis abſcon
ditus. q̄muis velatus. vere ta/
men deus. Compleuit quod a/
ſcendens promiſit. Ecce vobi/
ſcum ſum vſq; ad conſummati
onē ſeculi Matth. vltim. Neq;
enim iam eſt. aut fuit alia na/
tio tam grandis. que habeat

deos appropinquantes ſibi. ſic
adeſt nobis deus noſter. Et
certe ipſi non ſunt dij. Sicut
figuraliter olim ꝑdixerat moy-
ſes. Deutro. 4. ¶ Quod ergo
potuimus foris oſtendimus.
Redolebãt flores ⁊ gm̃ia. ſona
bãt cantꝰ ⁊ organa. purpura ac
ꝑcioſa reſplenduerũt veſtimẽtã
q̇dquid olim dauid ĩ reductõe
arche figuralr̃ exhibuit. ſignis
ñ diſſilibꝰ ꝟitati quã ꝑcauit ar
cha. ꝺuotõ mõſtrauerat xpiana
Ue animis ſiliq̃s porcoꝝ aſſuetꝫ
q̇bus in tp̱e ꝟitatꝫ ⁊ gr̃e. p̄nte ve
ritate. vacue ſunt ceremoĩe ⁊ fi-
gure Recte ꝟo hec acta ſunt. ſi
cũ exteriori hoĩe. interiorẽ obtu
limꝰ. ſi nos totos illi ſacrificaui
mus in odorẽ ſuauitatꝫ. ſic ille ſe
totũ dedit in cibum. ꝗ eſuriẽtes
ĩpleuit bonis Uolens nãqꝫ be
nigniſſimꝰ dñs ihs. eſuriẽtes re
ficere bonis nõ q̇buſlibet. ſꝫ etꝰ-
nis. cibo q̇ nõ perit. pane q̇ dat
mõdo vitã. calice noui et eterni te
ſtamenti carnẽ ſuã dedit veꝝ in
cibũ. ⁊ ſanguinẽ in potũ. vt qui
mãducaret hunc cibũ et biberet
hũc potum. in ipſo maneret. nec
moreret̃ hiturꝰ vitã eternã Ue-
nit q̃ꝫ ad h̊ ſacr̃m xp̄c. ait Berꝫ
ſuꝑ mḡt. qui factꝰ eſt nobꝫ ſapia
creãs. recreans. ⁊ adoptãs. iuſti
cia iuſtificãs. ſanctificatõ mun
dans. redẽptio debita ſoluens.
Deniqꝫ via vehens ad celũ. veri
tas dirigẽs. ⁊ vita btificans O
q̃ꝫ bonꝰ ⁊ ſuauis ẽ dñe ieſu ſpũs
tuꝰ. qui vt dulcedinẽ tuã in fili
os demõſtrares. in cenaculo grã
di ſtratu eccleſie tue ſyon. panẽ
⁊ vinũ corꝑalis edulij ꝯuertꝫ in
fructũ dulcem corꝑis ⁊ ſanguis
tui. Quem quia faſtidioſi diui
tes nauſeant eos dimittis ina-
nes. pauꝑes aũt tuos et fameli-
cos te deũ fontem viuũ ſitiẽtes
affectu cordis velut iuſticiã eſu
rientes imples bonis. Pro gra
tia Aue maria ⁊c̃.

¶ B Eſuriẽtes impleuit bo.
Uirgo btiſſima ab eterno a pr̃e
in matrẽ ſuo filio electa. poſtq̃ꝫ
ſancti ſpũs oꝑatõe tria ſata fa-
rine puriſſime. in eius viſceribꝰ
caſtiſſimis. caro ſcꝫ anima ⁊ dei
tas cõmixta in vna verbi ꝑſona
vniebant̃ Sicqꝫ panis vite. pa
nis angeloꝝ. panis qui de celo
deſcendit. in virginis matrꝫ co
ctus eſt vtero. eodem ſpũſancto
docente. intellexit eundem filiũ
ſuum iam cibum hominũ factũ
qui ẽ cibus angelorum ſub ſa-
cramentali panis et vini ſpecie.
homines fructu multiplici refe
cturum. Ideo in laudibus qui-
bus aĩa ſua pro accepto bene-
ficio magnificabat dominum.
exultante ſpiritu eius in deo ſa
lutari ſuo. hoc ipſum grãde mi
ſterium ꝓphetando cecinit et ex
preſſit dicens. Eſurientes im-
pleuit bonis. Nec breuius. nec
efficatius celeſtis edulij vtili-
tatem et fructum edicere potu-
it. Dum non quoſlibet. Non

vtiq; diuites. de quibꝰ mox ſub
iunxerat( et diuites dimiſit ina
nes )ſed eſurientes bonis ꝑdixe
rat adimpleri ¶ Eſuriẽtes ſunt
paupes quoꝝ animꝰ rẽnuit ꝯſo⸗
lari in hoc mõo. quoꝝ ſtomachꝰ
iuſticiã eſuriens a noxijs humo
ribus ſeculariũ delectatõnũ eua
cuatus eſt. qui extinctis inanibꝫ
deſiderijs. ſitiunt ad deũ. q̃tinꝰ
veniãt ⁊ appareãt ante faciẽ eiꝰ.
De q̇bus ꝓpħa ꝑdixerat. Para
ſti in dulcedine tua paupi deus.
Et iteꝝ. edent paupes ⁊ ſatura⸗
bũtur. Et in alio cantico. Fame
lici ſaturati ſunt. Btĩ vtiq; qui
ſic eſuriũt ⁊ ſitiũt iuſticiã. q̃m ſa
turabũtur. dũ implebũt̃ bonis.
¶ L // Verũ q: eſuries iſta ad
diſpoſitõꝝ ptinet cibandoꝝ. de
qua dũ ad cõicandũ fideles cõ⸗
ueniũt. puta in p̄paratiõe paſche
ſolet ꝯuenictiꝰ ꝑdicari. Nũc ad
bona quibus ſacroſancta replet
eſuriẽtes eucariſtia. mentis ocu
lum reflectamꝰ. Hec vt dixi nec
efficaciꝰ. nec breuiꝰ. nec pleniꝰ ex
ꝑmi poterant. q̃ȝ verbis iam ſepi
us repetitis. Eſuriẽtes impleuit
bonis. Cũ eñ tanti ſunt fructꝰ
eucariſtie q̃ntus ipſe qui ſumit̃.
Enumeret fructus eiꝰ et effectꝰ.
qui poteſt ꝯp̄hendere incõp̄hen
ſibilem Ineffabilẽ eloqui. atq;
ſub nũero cõcludere menſura et
pondere infinitũ. Innũerabiles
itaq; fructꝰ in ꝑticulari. pulcre
regis ſupni filia diuioꝝ ſecreto
rũ. ſup oẽs creaturas in vnionẽ

ſuppoſiti diuini non aſſumptas
ꝯſcia. in vl'i bonitatis noĩe ꝯglo
merauit. cũ eſuriẽtes non affici.
nõ tangi. ſ; impleri bonis dixit.
Quibꝰ bonis? oĩbus nimiꝝ. q:
vniuerſali bono oĩa includente.
ſc; xp̃o dño totius ſcaturigine
bonitatis. Unde panis iſte. ſm
mgr̃. diſ. 8. q̃rti. Eucariſtia ex⸗
cellenter. id eſt bona grã dr̃. q:
in hoc ſacramẽto nõ mõ eſt aug
mentũ virtutꝫ ⁊ grẽ. ſed ille totꝰ
ſumitur qui fons eſt totius grẽ
et origo. Recte itaq; hec dicens
prudẽtiſſima virgo. panis huiꝰ
exhibitrix. imitata eſt pr̃em ſuũ
dauid. q̇ eodem ſpũ infuſus. dũ
diuinã benignitatẽ magificare
voluiſſet ait. q̃m bonus iſrael
deus Et iteꝝ Confitemini dño
q̃m bonꝰ q. in ſe. mĩa eius. Dicẽ⸗
do dñm bonũ in ſe. ⁊ miſicordẽ
nobis. nec tñ exꝑmendo in quo
illo vel iſto in ꝑticulari bono. ſi⸗
gnificauit ipm eſſe bonũ vl'e. oẽ
qđ bonũ eſt includens. nullo ꝑti
culari bono deſignandũ. Quẽ
cum iteꝝ in alio pſalmo miſicor
dem ceciniſſet. memoriã inq̇t fe⸗
cit mirabilium ſuoꝝ miſicors ⁊
miſerator dñs. addidit. eſcam
dedit timentibꝰ ſe. quaſi in hoc
cibo ſalutari nobis ꝑſtito omnẽ
bonitatis ſue miſicordiã colle⸗
giſſet. D ¶ Quia ergo ad cõ
p̄hendendũ omẽs fructꝰ quibus
implet eſurientes. bonoꝝ nomĩe
deſignatos. huiꝰ panis ſupcele⸗
ſtis nõ ſufficimꝰ. ſaltem aliq̃s ꝓ

qualicūq3 deſiderij nr̄i ac deuo
tōis excitatōe. impfecte balbuti
endo put ipſe donare dignabit̄
diſſeramus. qr de excellentia h⁹
ſacr̄i quantū ad ɔtenti veritatē
miraculoſam. pus quedā me me
moror p̄dicaſſe Poſſum⁹ autē
pmo fruct⁹ ei⁹ ſub ternario q̄dā
diſtribuere. ſm ſan. Bonauē. in
breuiloq̄o. Qm̄ eſt fructus ſiue
bonū hui⁹ ſacramēti vnus ſacri
ficij oblatio. alius viatoris refe-
ctio. terci⁹ eſt refectōis ɔmunio
Prim⁹ aſſignatur quo ad deum
Tercius q̄ ad ximū. Scd̄s q̄
ad ſeipm̄. Nam oblatōne ſacri-
ficij recōciliamur deo. cōicatiōe
ɔuiuij pticipam⁹ ximo. et refe-
ctōne edulij in nr̄o aīo ſagina-
mur. Apta q̄dem eſt hec aſſigna
tio ꝛ quantū ad caritatis ordi-
nem. ad deū ſeipm̄ ximū. et q̄n
tum ad eā que in hoc ſacr̄o cōſi-
deran̄t Eſt em̄ ſacr̄m illud repre
ſentatio dn̄ice paſſiōis ſic dn̄s
ip̄m inſtituēs ait. Hoc facite in
meā ɔmemoratōez Luce. 22. Et
apl's. j. Cor. xj. Quotiēſcunq3
manducabitiſ panē hunc ꝛ calicē
dn̄i bibetis. mortem domini an
nunciabitis donec veniat. Et
ideo effectum quē paſſio chriſti
fecit in mundo. hoc ſacramentū
facit in homine diſpoſito. vt d̄t
Tho. pte. 3. q. 79. ar. p°. Unde
Chriſ ſup illud Joh. 19. Con-
tinuo exiuit ſanguis et aqua d̄t
q hinc ſuſcipiunt pncipiū ſacra
miſteria. Cum acceſſeris ad tre-
mendū calicem. vt ab ipſa bibi-
turus xp̄i coſta ita accedas. vt ꝛ
ipſe dn̄s dicit Hic eſt ſanguis q̄
p vobis effundetur in remiſſiōz
peccator̄ Tradit̄ quoq3 h̄ ſacra
mentū p modū cibi ꝛ potus. ꝛ iō
oēm effectū quē cib⁹ ꝛ potus ma
terial̄r facit. q̄ntū ad vitam cor-
palem. ſuſtentādo augēdo repa
rando. delectādo. Hoc totū fa-
cit illud ſacr̄m aīe. quantū ad
vitam ſpūalem. Ideo dn̄s ipſe
ait Caro mea vere eſt cib⁹. ꝛ ſan
guis meus vere eſt potus Jo. 6.
et Ambro. li°. de ſacr̄is. Iſte pā
nis eſt vite eterne. et anime nr̄e
ſubſtantiā fulcit. Tradit̄ deni
q3 in hijs ſpēbus que vnionem
habent ex multis. Idō ip̄m vni-
uerſa mēbra xp̄i corpis vnit ca-
piti et ſibi ipſis. hinc Aug⁹ ſup
Joh. Domin⁹ noſter inquit cor-
pus ꝛ ſanguinē ſuū in eis rebus
ɔmendauit. q̄ ad vnum aliqd̄ re
diguntur. Ex multis nanq3 gra
nis vn⁹ panis ɔficitur. ꝛ ex mul
tis racemis vinū ɔfluit. Et idō
alibi d̄t ſup iohem. O ſacramē-
tū pietatis O ſignū vnitatiſ. O
vinculū caritatis. ¶ Se-
cundū hec quoq3 tripl'r figura-
tum eſt q̄ntum ad figuras pnci
pales Sacramentū expiatōnis
quantum ad ſacrificiū. De quo
apoſtol⁹ ad Hebre. 9. Licet oīa
ſacrificia veteris legis fuerit fi
gura xp̄i paſſi in hoc ſacramēto
ɔtēti. maxime tn̄ illud ſacramē
tum expiatōnis quod erat ſolē-

niſſimum a ſolo pontifice ſūmo
ſemel in anno ſancta ſanctoꝝ
cum ſanguīe ad populi expiatio
nem intrante. vt habet Leuiti.
16. ⁊ Numeri. 19. Figurabatur
quantum ad fructum refectōis
ꝑ māna in deſerto. quod vt ſcri
bitur Sap. 16. Omne delecta-
mentū in ſe habebat et omnem
ſaporem ſuauitatis. Quantum
vero ad vim vnitiuam ꝑticipan
tium. figuratum eſt ꝑ melchiſe-
dech panem ⁊ vinū que ex mul-
tis collectis et vnitis cōſtant ob
tulit Gen̄. 14. Paſchalis vero
agnus. omnia hec figurabat. vt
latius oſtendit Thomas ꝑ. 3. q.
17. ar. 6. ¶ Habet nihilominus
ſm̄ hec tria. etiā triplex nomen
panis iſte ſalutarꝪ. quo ad p̄mū
dicit̄ ſacrificium. quo ad ſcđm
viaticum. quia reficit in via ⁊ ꝑ
ducit ad patriam vitam ſcʒ eter
nam. ⁊ ꝓpter idem đꝛ eucariſtia
quod eſt bona gratia Nam gr̄a
dei vita eterna Roma. 6. Quo
ad terciū đꝛ ꝯmunio vel ſynaxis
ſm̄ Damaſ. in. 4. qꝛ cōmunica-
mus et vnimur ꝑ ipſuʒ vt ſuo lo
co patebit. ¶ Oblatio itaqʒ in
itiata eſt in cruce facta deo ſacri
fitium Uiaticum ꝑducit homi
nem ad terminū. cōmunio tenet
interim ꝓximos in vnū ¶ O ſy
habeamꝰ amicum ad quem va-
damꝰ media nocte pꝛeſentis mi
ſerie. et dicamus ei. amice acco-
moda id ē comode da mihi tres
panes. id eſt intelligentiā huius
triplicis fructus et bonitatꝪ. O
vtinam pꝛecum inſtantia victus
det. quotq̄t habemus neceſſari-
os. ⁊ eſurientes īpleamur bonis
☞ ¶ Sunt autem qui conan-
tur ſub quolibet trium duode-
cim fructus oꝛdinare. ſub miſti
cis aſſignatōibꝰ in ſcriptura Ue
rum nimiā ꝓlixitatem fugiētes.
duodecim fructus ſpēales no-
tare poſſumus indifferēter pre-
dictos tres generales reſpicien-
tes. ſm̄ numeꝝ. 12. panum. 5. ⁊. 7
quibus dominus ſaturauit tur
bas Joh. 6. Mar. 8. Uel duo-
decim cophinoꝝ repletoꝝ ex
collectis de hijs que ſuꝑfuerūt
in refectōne q̇nqʒ panū ab apo-
ſtolis. Aut etiā duodecim fonti
um in helym quaſi totidem refe
ctionū Exod. 15. quia nihil ꝓhi
bet omē qđ reficit panē dici. ſm̄
quā acceptōem petimus panem
noſtꝝ quotidianū da nob̄ hodie
Nec mirandum ſi fontes vocāꝰ
panes. cum de lacrimis teſtatur
Ps̄. Fuerunt mihi lacrime mee
panes die ac nocte. Uel poſtre-
mo duodecim fructuū ligni vite
Apoc̄. 22. quia vere lignum vite
eſt panis iſte. De quo qui guſta
uerit non moꝛietur. ſed viuet in
eternum. Joh. 6

¶ F Colligit āutē ⁊ tres fru-
ctus generales p̄dictos. ⁊ duo-
decim ſpēales ſub hijs metris.
Lācellariꝰ piſ. ſuꝑ Magificat.
ita ſcribens. Hoſtia ſacrificat.

ſociat. cibat. Ecce tres fructus
generales. ſeqtur quantũ ad du
odecim ſpũales ¶ Et cibus iſte
Reſtaurat. ſaciat. delectat. ro-
borat. auget. Obdormire fa-
cit. caro ſeruit. mens dominat
Uim genitiuã dat. transformat
inarrat. et vnit. Aliq̇d de primo
effectu q̇ eſt reſtauratio deꝑdito
rũ dicamus. ceteris. xj. ꝓfutu-
ris ſermonibus reſeruatis. Re-
ſtaurat igit cibus ille deꝑdita. ⁊
inquantũ ſacrificiũ. ⁊ inquantũ
viaticum. In quantũ ſacrificiũ
reſtaurat nobis oĩa veteris legiſ
ſacrificia. In hoc ſiquidem vni
co ſacrificio olocauſtũ ⁊ vitulos
tipicos ſuꝑ altare cruc; impoſu
it. Introiuit ſemel in ſancta eter
na redemptiõe inuẽta ad Heb.
9. Facta eſt hoſtia peccati. dam
nauit d̕ peccato pctm̃. liberauit
eccleſiam ſuã ab intolerabili iu-
go tot ſacrificiorũ. que neq; ꝑfe-
cta neq; plena. neq; placita perſe
erãt. vtputa ppl'o iſti carnali ad
ydolatriam ꝓmptiſſimo in onꝰ
impoſito. Nec placita reputa-
bat illa dñs ex bonitate offeren-
tium. ꝓpter maliciã ſtudiorũ ſu
orum. legat Iſa. Ps̄ diſcuciant
nihil apcius inuenitur q̄m reꝓ-
batio et abominatio cum ꝓhibi
tione ſacrificiorũ. Si ad litterã
ꝓut accipiebãt tũc iudei referã
tur. ſicut late ad Hebr. 10. apo-
ſtolus manifeſtat. ¶ Sacrifici
um nihilominus expetit dñs. ſ;
quale figurabant ſacrificia illa.

non littera ſed ſpũ. Neq; enim
abſq; ſacrificio manere debuit
homo. in ꝓteſtatione ſuꝑmi do
minij qđ habet deus ſuꝑ omnia
ꝑ omnia. in omnibus. ¶ S
Sacrificium ergo ſicut et ver-
bum abbreuiatũ fecit deus ſu-
per terram. Hoſtiam vnam. vni
cam. mundam. plenã bonis. ple-
nam effectibus omnibus illis. ꝓ
quibus ſolebat offerri hoſtia lit
teralis. Si inq̄m deletionẽ pec-
catorũ petis. Ecce agnus dei ec-
ce q̇ tollit peccata mũdi. Joh. 10
Si gr̃aꝝ actionẽ. gratias agit
xp̄c deo patri. Pater inq̇t gr̃as
ago tibi. q2 audiſti me. ego at ſci
ebam q2 ſemꝑ me aud;. videlic;
ꝓ populo ſupplicantẽ Joh. xi. ſi
maloꝝ euitatõem. ſanat ipe nos
⁊ liberat. Quia vere languores
noſtros ipſe tulit et dolores no-
ſtros ipſe portauit. Iſa. 53. Si
bonoꝝ ꝯſecutõem celerẽ Inter-
rogatꝰ latro docebit. q̇ tempe hꝰ
ſacrificij veſꝑtini audire meru-
it cũ iuramento. Amẽ dico tibi
hodie mecũ eris in ꝑadiſo. Lu.
23. Sicq; lr̃alis vetuſtas trãſijt
que oĩa deus pater in hº ſacrifi
cio ſpũaliter innouauit. ¶ Si
curioſus es. ⁊ nouitas vt aſſolet
placet. Ecce nouꝰ rex. noua lex.
nouũ ſacrificiũ. nouũ teſtamẽtũ
nõ vituloꝝ ſed xp̄i ſanguĩe ꝯfir-
matũ. teſtamẽtũ hereditat; eter
ne. ꝓpter qđ d̄t q̇ ſedet in thro-
no. Ecce noua facio oĩa Apoc.
21. et. 2. Coꝝ. 5. Uetera tranſie-

runt. et ecce facta ſunt oīa noua
Omia aūt ex deo q̄ recōciliauit
nos ſibi ꝑ xp̄m. Tollant̄ ꝛ in no⸗
bis vetera veteris hoīs carna
lia. vt noua ſint in nobis coꝛ op⁹
ꝛ lingua. vt ſic innouatꝫ ſint oīa
noua. Siq̄dem latiſſima hic eſt
nouitatū materia ei. q̄ ꝯſideratꝫ
tot varietatib⁹ ſacrificioꝝ. obla
tonū. olocauſtoꝝ. vet. legis. no⸗
uit tollere nebulas figurarū ab
eis. auferꝛe ab oculis ſuis velum
tp̄e hui⁹ ſacrificiꝫ ſciſſum. ꝛ ꝯfer
re ad interioꝛē legis ſpm̄. Oꝛiet̄
ꝓtinus illi ſol iuſticie xp̄c. qui in
ſacrifitō coꝛꝑis ꝛ ſanguis ſui no
ua fecit oīa. Paſchalē agnum
Mā̄na deſerti. Panē celi. Thau⸗
ros imolatōis. vitulos. hircū ꝓ
pctō cū hirco emiſſario. paſſeres
turtures ꝛ colūbas. vinū ꝛ liba⸗
mina. ſal in omi ſacrificō. caudā
cū capite. neq̄ꝫ mel neq̄ꝫ fermētū.
quotidianū deniq̄ꝫ bis ſacrifici
um cū veſꝑtino matutinū. Oīa
hec in xp̄o in coꝛꝑis ſui ac ſacro
ſancti ſanguis ſacrificō q̄ttidie
innouant̄. vt ex infra dicēdis pa
tere poterit diligenti⁹ attendēti
¶ Unde ſolū hoc ac vnicum
eſt ſacrificiū ꝑfectū. in quo ſpū⸗
aliter oīa ꝑficiunt̄. dei cult⁹ et
honoꝛificētia. gratiaꝝactio. of⸗
fenſe recōciliatō. ſatiſfactio. po
puli deuotio. adunatio. ꝛ ceteri
ſacrificoꝝ fines infra magis de
clarādi. ¶ Uñ ſanct⁹ Bonauē.
ait. Tolle ab eccleſia h̄ ſacrm̄ et
ſacrificiū. quid erit in mōdo niſi
erroꝛ et infidelitas? et erit ppl's
xp̄ian⁹ quaſi grex diſꝑſus ꝛ ydo
latrie dedit⁹. ſicut eſt videre in
alijs infideliū ſectis. Per h̄ aūt
ſacrificiū roboꝛat̄ eccleſia. fides
viget. viret xp̄iana religio. diui⸗
nus cult⁹ ꝑficitur. deuotio fide⸗
liū excitatur. Pulcre ſiq̄dem de
clarat Scot⁹ in ſuo. 4. diſ. 8. q
j. Q̄uo tota xp̄iani populi deuo
tio ad h̄ ſacroſanctū miſterium
colligit̄. Hinc etiā Wilh. ꝑiſien.
in ſum. de ſacramētꝫ ait. Si ma
nus ſacerdotū nr̄oꝝ vacue eē̄nt.
ſi nō illas venerāda illa ꝛ ſancta
oblatō viuifici coꝛꝑis ꝛ ſanguis
impleret. periret ſpes. ꝛ deuotio
ppl'i in ip̄m redemptoꝛē. que eiꝰ
ppl'o maxia atq̄ꝫ foꝛtiſſima eſt. q̄
tā ineſtimabili benignitatꝫ dul
cedine. tam mirifica ꝓmptitudi
ne ſe miſicoꝛs redemptoꝛ exhi⸗
bet ꝑ man⁹ ſacerdotū toti eccl'ie
ſue. et electoꝝ ſuoꝝ ſingulis. De
inde ip̄o bono ſacre cōionis ſpū
aliſq̄ꝫ refectōis defraudaretur
ppl's. maxioq̄ꝫ ſuo oꝛnatu. maxi
maq̄ꝫ opulentie ſue parte. ꝛ tem
plū dei et dom⁹ ꝓuaretur. ſi illo
tante flagrātie ſacrificō h⁹ tam
necc̄ie tam q̄ꝫ opulente refectōis
menſa careret. Hec Wilh.
¶ Pro illo itaq̄ꝫ admira⸗
bili munere quo ſe totū ſic nobꝫ
oīpotēs dn̄s dedit in ſacrificiū.
cibum cōionis vinculū. datur⁹
q̄ꝫ eſt in p̄miū btificū. cum vni⸗
uerſos eſuriētes replebit bonis.
quid rōnabili⁹ ac magis debitū

q̄ꝫ vt nos totos ſacrificeꝰ dn̄o. cre
dēdo illi ⁊ amādo illū. laudādo
⁊ grās referēdo. ꝓ eo ꝙ a tā ꝗui
legis onere et innūeris eiꝰ ceremo
nijs nos libauit. De q̄bꝰ petrꝰ ꝓ
ſe et ſuis coaplis teſtaṫ. quia nec
ipi nec pr̄es coꝝ portare potuerīt
Act. 15. Et tn̄ in nullo ſacrificō
rū ac ceremoniaꝝ fructu nos pri
uauit. Quinimō q̄dq̄d hijs q̄
ſitū fuerat. pleniſſime in hͦ ſacri⸗
ficio dulciſſimo cumulauit. Cō
cremeṫ hic totū cor nr̄m. ardeat
in olocauſtum ſuauiſſimū dn̄o.
Dicit ꝓpha dn̄o de malignis. i.
male ignitis. Pone illos vt cliba
num ignis in tp̄e vultus tui. di⸗
cat idē de benignis. ſint ipſi cli⸗
banus boni ignis q̄ eſt in ſyon. ⁊
caminꝰ eius in hieruſalē. Mon
ſtruoſum minus gelicidiū eſt. ſi
non fluat ſicut cera cor nr̄m a fa
cie huiꝰ ignis. ſicut fluxit qui di
cebat in canticis. Aīa mea liq̄ fa⸗
cta eſt vt dilectus locutꝰ eſt Iam
habemꝰ nō vocē ſed p̄ſentiā Cꝰ
vtinā ignis nos totos deuoret.
nam ⁊ ignis ꝯſumens eſt Deut.
4. ⁊ pedes eius ſicut electꝝ in ca
mino ignis Apoc. pͦ. Iacuit ad
pedes eiꝰ ꝯgelata ꝑus maria. to
to mox in lacrimis inſtar niuis
ad ſolem feruidū liquefacta eſt.
Quiſquis ſe abſcondit a calore
eius ꝯgelatus erit. infelix erit.
Non ḡ abſcōdamur ſ3 accedāꝰ
tanq̄ꝫ algētes ad calorē famelici
ad mēſam ditiſſimā. q̄ eſurientes
implet bonis. accedentes grāꝝ
replet donis. idem d̄s et dn̄s nr̄
ieſus xp̄c. cū pr̄e et ſpū ſancto vi.
et reg. deus in ſecula bn̄dictus.
Amen.

## ¶ In feſto corpis xp̄i ſer. II. de mirabilibꝰ ſacramenti eucariſtie in or. XLV.

Memoriā fecit mirabiliū ſuoꝝ Ps. 100.

M ¶ Uniuerſa dn̄i opa magna
ſunt miracula dicente ꝓpheta.
Magna opa dn̄i. et alibi Mul
ta feciſti tu dn̄e deus meꝰ mira⸗
bilia tua. An nō grandia ſūt. to
cius mōdi creatio. tam varia crea
toꝝ diſtinctio. cunctoꝝ benignā
adminiſtratio. q̄ dn̄s opatꝰ eſt
vt viſibilis creature ꝓductōe. q̄
lis eſſet maieſtas inuiſibilis do
ceremur. Ex magnitudie nanq̄ꝫ
creaturaꝝ ait mgr̄ diſ. 3. ꝑmi. in
telligiṫ ꝯditor ops. ex ordine et
diſpōne ſapiens. ex gubernatōe
bonꝰ. Ueꝝ q̄ iſta ſua aſſiduita
te viluerūt vt pene nemo digneṫ
attēdere opa dei mira ⁊ ſtupēda
Eapropter ſeneſcēte iam mūdo
maximū nobis ſue miſeratōnis
exhibuit miraculū omni adora
tōne digniſſimū. cū nimia cari⸗
tate impellente. Ut nos qui pul
uis ſumꝰ et cinis. de morte eter
na redimeret. quā nr̄a ex culpa
incidimꝰ. creator ipſe. dn̄s vni⸗
uerſitatis formā ſerui accepit.
ac ꝓ nobis cū inimici eſſemꝰ ſan

guinē ſuū p̄cioſiſſimū fudit. ac
ſeip̄m ꝑ paſſiōem et mortē patri
offerens. nr̄a facinora expiauit.
In quo plus q̄ꝫ oībus ſuis opi-
bus reluxit ſapiētia ⁊ potētia ac
bonitas infinita Horꝝ mirabi-
liū miſicors et miſerator domi
nus memoriā. nō minꝰ admira
bilē reliquit. cum hoc diuiniſſi-
mum ſacramentū inſtituēs. ſeip
ſum eſcam dedit timentibus ſe.
Hoc inquit facite in meā ꝯme-
moratōem Luc. 22. Quotieſcū
qꝫ em̄ panē hunc manducabitꝭ
et calicē bibetꝭ. mortem domini
annunciabitis. j. Cor. xj. Vere
memoriale digniſſimū Idemqꝫ
ei qđ ꝓponit memorandū So
let magnificētiſſimꝰ dominꝰ pri
mo omniū donorꝝ ſeip̄m dilecto
ribus ſuis donare. ita ſeip̄m no
bis memoriale ſuorꝝ mirabiliuꝫ
contulit tantis admiratiōibus
ſuauitatibuſqꝫ plenum Vt nul
la ſui aſſiduitate vileſcere poſſit
etiam ꝑ ſecula infinita. q̇nimo
plenitudine ſue admirationis.
mentes eius miſteria ſpeculan-
tes. in nouas trahat aſſidue ad
miratōes. ipſumqꝫ ſpūaliter de
guſtantes in recentes inducat
delectatōnes. ipſo dicente. qui
me edunt adhuc eſurient. ⁊ qui
bibunt me adhuc ſitient Eccī.
24. Quare ne dum paſſiōis ſue
ſemper mirabilis dici poteſt me
moriale. ſed etiam omniū ſuorū
mirabilium. ſua magnitudine
miraculum p̄cipuum. et idcirco
memoriale maximū. vnđ Augꝰ
in de ſpeculo eccleſie ait. Reli-
qua ſacramēta que tenentur in
eccleſia tua dn̄e ſtupenda ſunt ⁊
venerā da Sed illud tuū ſacra
mentū precellit vniuerſa. qđ pre
ſentiens in ſpiritu regius ꝓphe
ta. diuinā ex eo magnificaturꝰ
miſicordiam. quo ſe ip̄m dedit
eſcam timentibꝰ ſe. admirādo ꝑ̄
miſit. priorꝝ tenorem verborum.
memoriā inquiens fecit mirabi
lium ſuorꝝ ⁊c̄. Aue maria.

B Diuina potētia cuiꝰ mira
bilia vt dictū eſt ſunt oꝑa. mira
bilius. ſublimius ⁊ ſecretius in
hoc ſacramēto oꝑatur. quorꝝ ali
qua ſm̄ tēꝑis ꝯgruentiā enume
rare placuit In ſacramēto eu
cariſtie q̈ttuor eſt conſiderare.
quoddā em̄ eſt ante ꝯſecratōꝫ ⁊
nō manet pꝰ ꝯſecratōꝫ Aliquid
eſt ibi ante cōſecrationē et ma-
net poſt. Manet iterū aliquid
poſt conſecratōem quod non ꝑ̄-
fuit ante. Eſt et aliquid quod
nec ante nec poſt realiter in hoc
ꝯtinetur ſacramento. ſignifica-
tur autem. et per ſacramentū et
per rem ſacramenti Primum
eſt ſubſtantia panis Scđm ſpe
cies ſiue accidētia panis. vt pon
deroſitas. ſapor. caliditas. co-
lor. figura. et ſi qua ſunt talia.
Terciū eſt corpꝰ xp̄i verꝝ. Quar
tum eſt corpus xp̄i miſticū. De ꝗ
apoſtolꝰ. j. ad Cor. jo. Vnum
corpus multi ſumus oīēs qui
de vno pane participamus.

# In feſto corporis chriſti

Et cā. xii. In vno ſpū omēs nos
in vnū corpꝰ baptiſati ſumus
¶ Circa q̄dlibet ꝑmoꝝ triū. tria
poterīt ꝯſiderari mirabilia inibi
realiter ꝑ dn̄m opata. que ⁊ ſin-
gula miſtice in miſtico corꝑe at-
tendi q̄unt. ſi ꝯſideratōis oculo
ꝓuidentur. ¶ In pane igit̄
ꝑmū eſt miraculū ſiue mirabile.
ſcꝫ ꝙ panis ſubā tranſſubātur ĩ
veꝝ corpꝰ xp̄i Tranſſubātur idē
ſm ſuā ſubām totaliter tranſit
vel ꝯuertitur in veꝝ corpus xp̄i.
Tranſit āt ſic. Nam ꝓlatis ver
bis ꝯſecratōis a ſacerdote. debi
tam intentōem hn̄te. ſuꝑ mate-
riam debitā. panis virtute diui
na. ſuo ſigno. puta ꝓlatōe ṽboꝝ
efficacit̄ aſſiſtēte. ꝓ ꝑmo inſtāti
nō eſſe verboꝝ. deſinit eſſe ſm ſe
et q̄dlibet ſui. manētibꝰ acciden
tibus. ita ꝙ nihil exn̄s de ſubā
panis. neqꝫ materia neqꝫ forma
manet. cui pani ſuccedit verum
corpꝰ xp̄i. nō ſimpl'r quo ad eſſe.
ſed quo ad eſſe hic. i. ſub illis ſpe
ciebus ¶ Hoc aūt nature facul-
tatem oīno excedit. q̄ et ſi formā
aliq̄ꝫ ꝑma tranſmutatiōe corrū-
pit. materiā tn̄ nequaq̄ꝫ pōt de-
ducere ad nō eſſe. ¶ Ex illo ſeq̄t̄
ꝙ cū dr̄. ex pane fit corpꝰ xp̄i. (ex)
debet dicere circūſtantiā ordis
et nō cāe materialt̄. q̄uo dicimꝰ.
ex mane fit meridies. ex albo fit
nigrū. qꝛ deſinente mane aut al-
bedine ſequitur meridies vel ni
gredo Nō em̄ eſt panis materia
vel aliq̄d corꝑis xp̄i. Cui ſcꝫ cor

pori xp̄i ꝑ hanc ꝯuerſiōem nulla
penitus fit additō ¶ Vn̄ mani
feſtū eſt. cū tot panes ꝑ ſingulos
dies in corpꝰ xp̄i ꝯuertunt̄. corpꝰ
tn̄ xp̄i nullatenꝰ augmentat̄. nō
em̄ ꝯuertit̄ panis quaſi additꝰ.
vel manēs ſm ſe vel aliquid ſui ĩ
corpus xp̄i ¶ Ex illo patꝫ. ꝙ
omēs ille ꝓpōnes de virtute ſer
monis accepte falſe ſunt. in q̄bꝰ
corpꝰ xp̄i in recto affirmat̄ de pa
ne in recto. etiā mediāte q̄cunqꝫ
verbo. eſt. fit. erit. pōt. In oībꝫ
em̄ ill' ſcat̄ vnio extremoꝝ. pāis
ſcꝫ ⁊ corꝑis xp̄i ꝓ aliquo nūc. q̄
tn̄ nō eſt poſſibilis. Nunq̄ꝫ em̄
panis eſt corpꝰ xp̄i. Si aūt aliq̄
illaꝝ in ſanctoꝝ ſcriptis reꝑiunt̄
vt illa panis erit corpus xp̄i. pa
nis fit corpꝰ xp̄i. exponende ſunt
ꝑ illas. de pane fit corpꝰ xp̄i. vel
panis ꝯuertit̄ in corpꝰ xp̄i. ꝑ q̄s
omēs nihil aliud volunt ſancti.
niſi ꝙ ſub ſpēbus eiſdem vbi fu
it panis an̄ ꝯſecratōem. eſt corpꝰ
xp̄i veꝝ poſt ꝯſecratōem ¶ Non
nunq̄ꝫ etiā panis vocabulo acci
pitur corpꝰ xp̄i. aut etiā ipſa ac-
cidentia. vnde apl's. i. Coꝝ. x.
Panis quē frangimꝰ. nōne cōi
catō corꝑis dn̄i eſt? Per panem
intelligit corpus xp̄i ſub ſpē pa-
nis. Hoc clare habet̄ per glo. de
ꝯſe. diſ. 2. ſpēs Vbi dr̄. ſcriptu-
ra ſpēs panis panē. et ſpēm vini
vinum. ſil'r corpus dn̄i panem ⁊
ſanguinē vinum ⁊ calicem. ꝯſue-
uit nomiare. ꝓpter ſpēm panis ⁊
vini. vn̄ Greg. in ome. paſchali

# Sermo XLV

Species ait et ſimilitudo illaꝝ
rerum vocabula ſunt. q̃ ante fu-
erunt ſcꝫ panis et vini. q̃ iam nõ
ſunt addit. Glo. vbi ſupra. Ex
p̄dictis etiã patet ꝙ ſub q̃libet ꝑ
te ſpecierũ eſt totum corpus chri
ſti. nam cum panis ſm ſe ⁊ q̇libꝫ
ſui ↄuertitur in totũ corpus xp̄i
ſeq̇tur ꝙ vbicunqꝫ fuit aliq̇d pa-
nis ante ↄſecrationem. ibi eſt to
tum corpus xp̄i. poſt cõſecratio-
nem ſub qualibet autem ꝑte acci
dentiũ fuit verus panis ſiue ve-
re panis pars. quare ꝓpoſitũ ⁊c̃
¶ D // Scd̃m mirabile ĩ pane
eſt. ꝙ nõ annihilat̃. Extra ꝓpo-
ſitũ dari poteſt exemplũ. Si al-
q̇d ↄpoſitũ ſubſtantiale corrum
pitur ſm ſe totũ. quantũ videli-
cet ad materiã ⁊ quantũ ad for-
mam. ipſũ anihilatur. eo ꝙ omi-
no nihil ſui poſt ſe relinq̇t. Sic
ex oppoſito ſi aliquod ↄpoſitum
totaliter de nouo ꝑduceret̃. et
quo ad materiam et quo ad for
mam. ipſũ vere crearet̃. eo ꝙ ibi
nihil educeret̃ de potentia mate
rie p̄ſuppoſite. cum ipſa materia
ſimul cum forma in caſu de no-
uo ꝑduceretur. et ita de nihilo
In ꝓpoſito vero. deo miraculo-
ſe agente. corpꝰ xp̄i ſuccedit ſub
accidentibꝰ ꝓprijs panis. Pro-
pter q̇d panis licet totaliter eſſe
deſinat. quia tñ ſuccedit corpus
xp̄i. non eſt hec deſitio in nihil.
ſed in corpus chriſti. ĩ q̇d panis
ipſe ↄuerti dicitur ꝓpter huiuſ-
cemodi ſucceſſionẽ. Annihilatõ

q̇dem eſt a t̃mino poſitiuo in ter
minum ſimpl'r negatiuũ. Hic ve
ro eſt ꝓgreſſio ab eſſe panis q̇d
deſinit. ad eſſe corporis xp̄i ſub ſpẽ
bus eiꝰ. tãq̃ ad terminũ poſitm̃
ſaltem extrinſicũ huius deſitio-
nis. q̇d ſufficit ad rationẽ anni-
hilationis tollendã ¶ E Ter
cium mirabile eſt. quia cũ panis
in ſolum corpus. et vinũ in ſolũ
ſanguinem ↄuertatur. eſt tñ ſub
ſpeciebus panis facta ↄuerſione
totus chriſtus ſub vtraqꝫ ſpecie
corpus ſcꝫ ⁊ ſanguis. anima ⁊ de
itas corpꝰ ſub panis ſpecie. ⁊ ſãg
uis ſub accidentibus vini. vi cõ
uerſionis. cetera ṗo vtrobiqꝫ ꝑ-
ↄcomitantiã naturalem. Eſt em̃
corpus xp̄i tale in ſacramẽto. q̇le
eſt in nãli ſua exñtia. ſm mgr̃m
di. xi. 4ti. puta animatũ. glorio
ſum dotibus vtriuſqꝫ. ſui et aĩe
deitati ypoſtatice vnitũ. Et ſub
ſpeciebus vini eſt ſanguis viuus
et ꝑ ↄſequens in corꝑe viuo ⁊ ita
animato vnito deitati ¶ Ex q̇-
bus hoc ſequitur mirandum. ꝙ
eadem ↄſecrationis verba et in-
tentionẽ miniſtri ꝓ diuerſis tẽ-
poribus nõ ſequitur idem ſacra
mentalis effectus. Nam ſi apo-
ſtoloꝝ aliquis ante paſſionẽ xp̄i
in nocte quinte ferie celebraſſet.
corpus xp̄i viuũ. cũ anima et dei
tate ſed paſſibile et non glorioſũ
ibi fuiſſet Et ſi in mortis triduo
ↄſecraſſet. corpus cum deitate
ſine anima et ſanguine. tale ſcꝫ q̃
le tũc iacebat in ſepulcro ↄtentũ

fuiſſet. qđ ſacrm̄ ſic in mortꝫ tri
duo ꝯſecratum. ſi reſeruatū fu-
iſſet in diem dn̄ice reſurrectōis.
fuiſſet ibi ſine noua ꝯſecratōne
corpꝰ xp̄i viuum ⁊ glorioſum. q̄le
nunc eſt ſub eucariſtia ⁊ in celo.
¶ Rōne accidentiū panis pꝰ
ꝯſecratōꝫ manentiū. tria etiam
poſſumus attendere miracula.
¶ Primū. quia ſtant ibi accidētia
ſine ſubiecto. Nō em̄ ſunt in pa
ne. qꝛ panis deſijt. et non eſt ibi.
qđ vero nō eſt. nulli ſubijcitur.
Non in aere circūſtante. qꝛ ille
nō eſt ſimul cū accidētibꝰ. ſꝫ mo
tis ipſis cedit. oportet autē accn̄s
⁊ ſuū ſubiectū eſſe ſimul penetra
tiue. Neqꝫ in corpe xp̄i. qꝛ cū illđ
ſit glioſum. nō eſt ſuſceptm̄ hu-
iuſcemōi accn̄tiū. Nō eſt etꝫ cor-
pus xp̄i ſic album. rotundum. ſa
poroſum. figuratum ⁊c̄. Quod
opteret. ſi ei accidentia iſta inhe
rerent. Sunt ergo ꝑ ſe ſtantia
ſine ſubiecto. Grande aūt hoc
eſt miraculū. quo accidens mo-
dum induit ſubſtantie. et tanto
maius. quanto a ꝑfectōne ſub-
ſtantie accidens eſt remotiꝰ. Et
maius videtur hoc miraculū fo
re. q̄ꝫ ſi corpꝰ aliquod ꝯditōnes
indueret ſpiritꝰ vel ecōuerſo. co
ꝙ minus a ſe diſtant corpꝰ ⁊ ſpi-
ritus. qꝛ vtrūqꝫ ſubſtātia. q̄ꝫ ac
cidens ⁊ ſubſtantia Ineſſe deni
qꝫ a deo nature accidentꝫ inne-
ctitur. vt ſm̄ ph̄m. eius diffiniti
onem ingrediatur. Diſtinguit
quoqꝫ ph̄ūs per eſſe per ſe. et eſſe
in alio. ſubſtantiā ab accidente.
Eſt tamen poſſibile deo. qꝛ pōt
deus omēs effectus ꝯſuare ſine
qualibet eius cauſa extrinſica. q̇
ꝑ ſe poteſt. quidq̇d i genere cau
ſe efficientis pōt cum alio. cum
ergo cōſuat accidēs in ſubiecto
qđ eſt extrinſicū accidenti. quia
nihil eius (nō em̄ ſubiectū eſt ꝑs
accidētis) poteſt igiť ꝯſuare ac
cidens ſine ſubiecto. qđ ⁊ facit
in venerabili ſacramento.

¶ Scđm miraculum in ac-
cidentibus eſt. qꝛ ꝯtinent corpꝰ
chriſti et nō afficiūt ipſum. Cō
tinent quidē. vt quocunqꝫ trāſ
ferantur accidentia. ꝯcomiteť
corpus xp̄i. Unde et ſi ſacerdos
portans vel leuans ſacramentū
leuet ſpecies. et moueat eas loca
liter. Non tn̄ mouet corpus xp̄i
ad quod mouendū vires ſacer-
dotis ſunt im ꝓportionate. ma
xime ſm̄ modū ſm̄ quē eſt in eu
cariſtia. ſed miraculoſe xp̄c ſe ip
ſum mouet ad motum ſpērum.
Manet etiā xp̄c ſub ſpeciebus.
q̄mdiu tales ſunt. ꝙ poſſent
vel potuiſſent panē informaſſe.
ſi non fuiſſet facta tranſſubſtan
tiatio. Quāuis autem continēt
non tamen afficiunt. quia neqꝫ
inherent. neqꝫ denominant cor
pus chriſti. Ideoqꝫ ſi tranſmu-
tātur accidentia. nulla per hoc
fit mutatio in chriſti corpore be
nedicto. quare nec fractꝫ ſpeci-
bus frangitur corpꝰ chriſti. ſed

integrum manet in partibꝰ ſin/
gulis. vt ait Hiero. Nō valde
eſt mirabile. accidentia ſcꝫ eſſe
preſentia ſubſtātie et eam nō in/
formare. quia licet deus poſſit
ea ſine ſubiecto preſente conſer/
uare. videtur tamen adhuc mi/
rabilius ipſa eſſe preſentia ſub/
iecto. et tamen non recipi in ſub
iectum. ☞ ꝥ ¶ Tercium mi
raculum. ꝙ hꝰmōi accidentia
naturales retinent actiones et
paſſiones Unde ⁊ nutriunt ſeu
nutritur corpus ſumētis. quaſi
panis eſſet preſens. Expientia
quidem docet. ꝙ per ignem ad
hibitum ſacramēto corrumpit̃
frigus et generatur calor. ꝑ quē
poſſent ſpecies rarefieri et cau/
ſas oppoſitas condenſare Con
uertuntur tandem ſi nō ſuman/
tur in vermes. Sumpte vero in
corpus animatū quod nutriunt
¶ Que ꝓ tanto ſunt miracula
quia agens naturale non agit
niſi in materiam p̄ſuppoſitam.
de cuius potētia educit formā.
Cum ergo hic nulla accidētibꝫ
materia ſubſternatur. tranſcen
dit nature limites facere q̄ꝫcun/
qꝫ mutatōem aliam a locali. cir/
ca ſpecies ſacramētales ¶ Jdō
pleriqꝫ dixere omnes huiuſmōi
actiones ſenſui apparentes im
mediate fieri a deo. ſupplēte in
hoc infirmitatem cauſarum ſe/
cundarum vt fides noſtra meri
tum habeat. dum huius tranſ/
ſubſtantia tōis nullum habet ex
perimentum. videns ita omnia
contingere poſt conſecratiōem.
que contingerent eiſdem cauſis
adhibitis ſi nulla fuiſſet facta
conſecratio Et hoc quidem di/
cere in generatione vermis ⁊ nu
tritione. videtur neceſſarium.
quoniā ibi ꝓducitur noua ma/
teria. vel ſaltem materia panis
que prius deſijt redit per repro/
ductōem. Reſpectu materie au
tem nulla cauſa ſcđa habet acti
uitatem. quando vero ſpecies
ſacramētales intantū alterant̃.
ꝙ ſi eſſent ī pane. panis corrūpe
tur et generaret̃ vermis vel ꝑs
corpis animati quod nutritur.
Jn illo eodem inſtāti ꝓducitur
⁊ in ea forma vermis vel corpis
animati nutriendi.
☞ J ¶ Ex parte corporis
chriſti tria etiam miracula ad/
uertimus. Primum. ꝙ corpus
chriſti quantum. ꝓpria quanti
tate qua in celo extenditur. con
tinetur ſub hoc ſacramento. ſed
non quantitatiue. Continetur
eñ in ſacramento corpus chriſti
illud idē quod celo immanet. in
quo proculdubio extenſum eſt
et formoſum p̄ cunctis filijs ho
minum. et ita quantum. non au
tem quantitatiue. quia non eſt
ibi habitudo partium corporis
chriſti ad ſpecies vel locum ſpe/
cierum. qual' eſt habitudo eaꝝ
ad locum circumſcribētem eas
in celo. q2 in celo eſt dimenſiue.
ſic ꝙ pars vna corporis chriſti

corrn̄det vni pti loci ipm ambiē
tis et alia alteri. In ſacr̄o vero
totum corpus xp̄i et quelibꝫ eiꝰ
pars eſt in qualibꝫ pte ſacramē
ti. Sicqꝫ eſt totū in toto ſacra-
mento. et totum in qualibet pte
ſacramenti. ¶ Sed inter om̄ia
p̄dicta miracula difficile intelli
gitur miraculū hoc pgrande. p
eo q mens nr̄a nō capit tm̄ cor-
pus ſpecioſum occl'tari poſſe ſb
tam modica quātitate ſine ptiū
ↄfuſione p ingreſſum vniꝰ in ali
am. Ad qualēcūqꝫ tn̄ manudu
ctōem. duplicē ponunt h docto
res imaginatōꝫ. Quidā diſti g
uūt duplicē hitudinē ptiū corp̄
xp̄i imo cuiuſlibet corpis Una ē
habitudo vel ordo ptiū in toto
ſm quā ptes hn̄t ad ſeinuicē de
bitam ppinq̇tatem ꝛ diſtantiā
in toto. etiā circūſcripto om̄i ex
tnſico. et ab hac hitudie corꝰ dr
quantū. qd̄ etiā diceret. ſi p poſ
ſibile vel impoſſibile nullꝰ eſſet
locus extrinſicus. Alia eſt hitu
do ptium in ordine ad corpꝰ ex
trinſicū ambiens ipas. qd̄ dr lo
cus eaꝝ. q ſcꝫ ptes ipſe. hn̄t cer-
tam ppinq̇tatē ꝛ diſtantiam ad
locum extrinſicū Sic q vna ps
corpis vni pti loci eſt ppinq̇or.
et alteri diſtantior hunc ordinē
ptium vocāt poſitōeꝫ ſitus. ſm
quē corpꝰ eſt locale. ꝛ hic eſt po-
ſterior p̄mo. qr p̄ſupponit p̄mū.
Niſi em ptes in ſe ſint ordinate
et in toto. nunq̄ꝫ hēbunt ordinē
vel hitudinem ad locū extrinſi-
cum Cum ḡ deus poſſit ſepare
p̄us a poſteriore. pōt ↄſuare pri
mā hitudinē ſine ſcd̄a. ſic facit
in ſacr̄o. vbi manet ordo ptium
corpis xp̄i inter ſe. et tollitur ha
bitudo eaꝝ in ordine ad ſpēs ſa
cramentales. Hinc eſt q ptes
corporis xp̄i quanti et ordinati
in toto coaſſiſtunt ſpēbus ſine
ordie locali ad ſpecies. ꝛ ita oēs
ptes corpis xp̄i eque coaſſiſtunt
oibus ptibus ſpēꝝ ¶ Alijs vero
vix videtur intelligibile q ptes
habeāt ordinem ppinq̇tatis et
diſtantie in toto quin illum ha
berēt reſpectu extrinſici. ſi eſſet
extrinſicū pn̄s. Nō em̄ facile in
telligitur q pedes diſtent a ca-
pite p interiacētes ptes in toto.
ꝛ tn̄ ſint ſimul cū capite reſpectu
puncti vel mīme ptis ſpēi. Idō
dicunt ipſi. q partes corpis xp̄i
nullum habent ordinem ppinq̇
tatis et diſtantie in ſacramēto.
nec ad totū nec ad locū. ſꝫ ſunt
ſimul eo modo quo gradus vel
partes albedinis et dulcedinis
ſunt ſimul in lacte. ꝛ quelibꝫ ps
corpis xp̄i coaſſiſtit pluribꝰ imo
infinitꝫ ptibus ſpēi. eo mō quo
vna eademqꝫ aīa indiuiſibilis ē
in qualibet pte corpis. qd̄ vero
p̄mū ſit poſſibile ptꝫ. qr nō minꝰ
pōt deus ptes eiuſdē corpis po
nere ſimul. q̄ꝫ diſtincta corpa fa
cere ſibi totaliter pn̄tia. qd̄ fe-
ciſſe conſtat in xp̄i natiuitate. re
ſurrectione. et introitu ad ſuos
diſcipulos ianuis non apertis.

Saluat nihilomi⁹ ꝑ hunc mo-
dum ꝑtiū diſtinctio. q꞉ ꝙuis ſit
ſint caput et pes. nō tñ id caput
eſt pes. nec oclus in pede. aut di
gitus in capite. ꝑut in dicit cir-
cūſtantiā ꝑtis. Nō em̄ oculus ē
ꝑs pedis ſed capitis ꝛc̄. Ex quo
ſequit̃ ſm illos. ꝙ licet corp⁹ xp̄i
qđ eſt extenſum in celo. ſit in ſac̄
mento. tñ vt ibi eſt. nō eſt q̄ntū.
imo ſi ſolum eſſet in ſacramēto ꝛ
nō in celo. nō eſſet q̄ntū. nūc āt
corp⁹ xp̄i q̄ntū. q꞉ i celo extenſū.
eſt in ſacro. ¶ Scđm ē q꞉
corp⁹ xp̄i v̾e et realiter eſt i pluri
bus locis. manēs nihilomin⁹ in
celo localiter ꝛ dimēſiue. Lū em̄
in loco ꝯuerſi. eſt illud in qđ fit
ꝯuerſio. ꝛ in plurib⁹ altarib⁹ di
uerſi panes ꝯuertant̃ in corpus
xp̄i. ſequitur ip̄m eſſe i diuerſis
locis in quibus fuerunt panes
ꝯuerſi. nō q̇dem localiter ſ; vt in
ſacro mō dicto. manet tñ nihilo
min⁹ i celo ſm ſuā nālem ex̄ntiā
et localit̃. ſm Aug. dicentē Do-
nec ſeculū finiat̃ ſurſum eſt dn̄s
Ex quo et; h̄ ſeq̇tur ꝙ ꝯſecrato
pane nō deſcēdit dn̄s localit̃ de
celo ꝑ aera ac cetera elem̄ta. aut
abſumpt; ſpēb⁹ in ſtomacho nō
aſcendit corp⁹ xp̄i ꝑ mediū ad ce
lum Sꝫ ꝑ ꝯuerſionē incipit eſſe
ſub ſpēbꝫ panis ſub q̇b⁹ ꝑ̇us nō
fuit. et p⁹ ſumptōeꝫ deſinit eſſe
vbi ꝑ̇us fuit ſine quocūqꝫ motu
locali. hinc vel illinc. ſicut ſi di-
gitus abſcindit̃ a manu deſinit
aīa intellectiua eſſe in digito. et
tñ nō ideo mouet̃ localiter retro
cedendo in manū in quo ꝑ̇⁹ fuit
Et agglutinato nutmēto corꝑi
hūano. aīa homīs incipit infor-
mare materiā nutrimēti quā ꝑ̇⁹
nō īformauit. ſine egreſſu ei⁹ ab
aliīs ꝑtib⁹ corꝑis. qđ v̾o Gre.
et alii ſancti dicunt in hora ꝯſe-
cratōis celos aperiri et filiū dei
deſcendere. atqꝫ iteꝝ ab angelis
rapi in celū. nō eſt intelligenduꝫ
de locali aſcenſu vel deſcenſu. ſꝫ
vel miſtice Uel ſic. ꝙ ita realiter
eſt ſub ſacramēto ꝑacta ꝯſecra-
tōne. q̄liter eſſet ſi localiter de ce
lo deſcēderet Nꝫ vero ds ſic fa-
cere poſſit. cui nō impoſſibile eſt
omne verbū. ſatis ꝑtꝫ. q꞉ nō pl⁹
implicat rem aliq̄ꝫ coaſſiſtere di
uerſis loc; diſcōtinuis q̄ꝫ ꝯtinu
is. ſꝫ eadem aīa nūero eſt in di
uerſis ꝑtibus corꝑ; ꝛ q̄libet ꝑte
tota. ſic intelligētia ſiue angel⁹
coaſſiſtens orbi celeſti. tota eſt i
qualibet ꝑte orbis quantūlibet
a ſe diſtent. ꝛ h̄ nāliter. ꝑt g̊ v̾bū
dei corpus ſuū qđ in ſacramēto
eſt aliq̄ mō ſimiliter ſic ſpēs in lo
co. q꞉ totū in toto. ꝛ totū in qua
libet ꝑte eſſe ſimul illo mō in di-
uerſis locis ſacramētaliter.
¶ Terciū mirabile eſt. Cum
ſub ſpēbus ſacramētalib⁹ ſit ve
re et realiter corpus xp̄i nihil tñ
agit ad extra. nec patitur a cā ex
trinſica. Hinc eſt ꝙ nullo ſenſu
eſt ꝑceptibile. q꞉ nō multiplicat
de ſe ſpēs ad organa ſenſus cir-
cumſtantia. neqꝫ illuminat ſua

claritate aerem circũſtantẽ. nec
calefacit. neqꝫ patitur a q̊cunqꝫ
actiuo materiali approximato.
ſcꝫ igne vel aqua. cuiꝰ rõ eſt. qꝛ ĩ
omĩ actõne q̄ ꝓducit̃ forma ma
terialis. req̇rit̃ agens et patiens
debite approximata ſm certam
hĩtudinẽ ꝓpinq̇tatis ⁊ diſtãtie.
iõ necc̃e eſt agens et patiẽs eſſe in
loco ꝯmẽſuratiue q̃uo corpꝰ xp̄i
nõ eſt ſub hoſtia ꝯſecrata. vt ex
dictis ptꝫ. Uel ſi h̃ nõ optet. vt
q̇buſdã placꝫ. dicẽtibꝰ. ꝙ ſi tota
ignis caliditas poneret̃ ĩ pũctũ
indiuiſibile. nihilominꝰ calefa-
ceret circũſtãs paſſum ⁊ tãto in
tenſius q̄nto ip̄a caliditas magꝭ
eſt vnita. Tunc hm̃õi actõem et
paſſiõeꝫ (in q̄s poſſet corpꝰ xp̄i)
deꝰ miraculoſe ſuſpẽdit. ne tãti
miſterij certũ capemꝰ experimẽtũ
Neqꝫ nutrit corpꝰ xp̄i ſumptũ a
fidelibꝰ. nõ enĩ ꝯuertit̃ in ſubãꝫ
corpis ipſiꝰ ſumẽtis. Q̃uo autẽ
ſpẽs nutriãt dictũ eſt Hinc cani
tur in ꝓſa. nec ſũptus abſumit̃
Hec itaqꝫ mirabilia in ſpũ p̄ui-
dens ꝓpha dixit. Memoriã fecit
mirabiliũ ſuoꝝ. miſerator ⁊ mi-
ſericors dñs. eſcam dedit timẽ-
tibus ſe. qua nobis digne refici
ꝯcedat cibus ipſe aĩe ſalutaris.
xp̄c dñs in ſecula Amen.

Miſticatio p̄dictoꝝ.

☞ M // Hec aũt nouẽ mi-
rabilia. ſicut ꝑ fidem ꝯgnoſcũt̃
in hoc ſacramẽto realiter ita fie
ri ĩ digne ſumẽte ꝯtemplant̃ ſpi
ritualiter. ¶ Primo q̇dem di-
ctum eſt panẽ totaliter ꝯuerti in
corpꝰ xp̄i Ita aĩa digne accedẽs
(que ꝑ panẽ nõ incõgrue intelli
gitur dicẽte apl'o. j. Coꝛ. x. vnꝰ
panis ⁊ vnũ corpus multi ſumꝰ
oẽsq̇ de vno pane ꝑticipãꝰ). cõ
uertit̃ ĩ corꝰ xp̄i. dũ ei ꝑ intimã ⁊
grõſam vnionẽ incorꝑat̃ In cor
ꝑalibus nullus inuenit̃ illapſus
ĩtimioꝛ. q̄ꝫ vt cibus ꝯuertat̃ in ci
batũ. manet enĩ iã ñ in ſe ſꝫ ĩ co
medente. viuit eius vita nõ ſua.
Sic ꝑ hanc ꝯuerſionẽ aĩa ma
net in xp̄o. ⁊ viuit vita grẽ q̄ eſt
ꝑ xp̄m. Qui inq̇t mãducat meã
carnẽ et bibit meũ ſanguinẽ in
me manet et ego in eo. Conuenit
deniqꝫ aĩe p̄ncipalis illa ꝯditio
panis vel cibi. q̄ eſt ꝯuerti ĩ ſub-
ſtantiã rei alite. Nõ enĩ ſumptꝰ
xp̄c ꝯuertit̃ in aĩam. vt induat
ꝯditiões ſuas q̄ ꝺ̊ ſe eſt in corꝑe
terreno et ita aĩalis et terrena. ſꝫ
anima mutatur in chriſtum. cũ
iam fit celeſtis et ordinatur per
hunc cibum in vitam eternam.
ſm illud Joh. 6. Qui mandu-
cat hũc panẽ viuit in eternũ. hº
eſt. ꝙ in ꝑſona domini d̄t Augꝰ
7. ꝯfeſ. li. Cibus ſum grãdium
creſce et manducabis me. nõ me
mutabis in te ſed tu mutabe-
ris in me. Tranſit autem panis
totaliter et quantum ad mate-
riam et formam. materia panis
vt vulgariter loquar farina eſt
q uã ĩ granis terra ꝓducit. ⁊ aq̈
Forma autem eſt panis eſſe. qd

per ignis decoctionem inducit.
Ita a ſimili. materiā anime poſ
ſumus accipere inclinatōem ei⁹
naturalem in ipſa ad terrena et
ad corpus ꝓprium. ⁊ vires ſenſi
tiuas. que omnia velut de ter-
ra genita terram ſapiūt atq̃ȝ car
nem. Formam vero appetitum
intellectiuū qui pſuppoīt dicta
men rationis. licet nō ei ꝯforme
tur. ¶ Vel ꝑ materiā que eſt
pars ignobilior cōpoſiti intelli-
gatur portio rationis inferior.
que inferiora agenda diſponit
Per formam vero portio ſupi-
or. que de eternis rebus conſide
rat. Hec inq̃ȝ anima conuerti-
tur in corp⁹ chriſti. dum hmōi
cibi ſumptione ſic anima deuo-
ta inflāmat. vt iam nullis ſuis
virib⁹ q̄ ſua ſunt querat. nō cō-
modum terrenum ꝑ portionem
inferiorem. ſed neq̃ȝ pncipaliter
cōmodum eternum ꝑ portionē
ſupiorem propter ſe. ſed ſolum
querat que ſunt ieſu chriſti. cui
participatōne huius ſacramēti
iam eſt vnita. in cuius amorem.
honorem. gloriam. ſe. et omnes
ſuas opationes refert. Dicens
cū apoſtolo. Viuo ego. nō ego
ſed viuit in me chriſtus. Et illď
ꝓphete. Quid mihi eſt in celo ⁊
a te q̀d volui ſup terram.
☞ ¶ II Secūdū mirabile
fuit. ꝙ pāis nō ānihilat. Plane
ania cū deuote in hūc cibum cō-
uertitur nō annihilat. ⁊ ſi vetus
hō noſter corrūpit. nō autē inte

rior ſed innouatur. ſed exaltat.
ſed glorificatur ¶ Fuere nōnul
li dicentes ꝙ in vnione illa ꝑfe-
cta anime cum deo. anima ꝑdit
eſſe ſuum et redit in ydeam ꝓpā
quā incōmutabil'r et eternaliter
habuit in deo. ſic ꝙ iam non eſt
creatura ſȝ ipſe de⁹ qui amatur
quoꝝ auctor fuit Almaric⁹ he-
reticus ab eccleſia ꝯdemnat⁹. et
ab Aug°. inter hereſiarchas no
minatus. Nō ergo annihilatur
aut deficit anima in ſuo eſſe. ſȝ
ſimilitudinarie tranſformat. ſic
amatoꝝ dr̄ eſſe cor vnū ⁊ anima
vna. imo ꝑficitur et viuificatur
Sicut em̄ materia ante ſuſcep-
tionē forme eſt impfecta et ſine
decore. ſine virtute. ſine actōne.
que tñ ꝯſeq̀tur ꝑ forme infuſio-
nem. Ita anima ṗus q̃ȝ vniatur
chriſto ꝑ amorem viuificū. qui
plurimū in h⁹ ꝑceptōe ſacri aug
mentat. manet in q̄dam morte
ſpūali. ſine decore ſine ꝟtute ad
act⁹ viuificos vite etne Si aūt
deo ꝯiungit tanq̃ȝ formali toti⁹
vite ṗn°. dat ſibi vita q̄dā dina
ꝑ internū illapſū. q̄ aīa ipa iā d̄o
incipit viuere. deū ꝯcupiſcere et
amare. ¶ ¶ Terciū mirabile.
ꝙ licȝ pānis in corp⁹ xp̄i ꝯuertat
ꝯcomitat tñ anima. ſanguis. ⁊
diuitas. Sic ſuſcipiēs digne h̄
ſacr̄m icorpat ṗ° corpi xp̄i miſti
co c⁹ xp̄c ꝟ hūanitatē ē caput. vn̄
ſup illď Jo. 15. Ego ſū vitis ꝟa.
dr̄ Aug. ſm h̄ ſe dr̄ vitem ſm qď
eſt caput eccleſie noſq̃ȝ membra

ei⁹ mediator dei et hoim hō xp̄c
ihesus. Uni⁹ quippe nature ſūt
vitis et palmites. Propt̄ qđ cū
eſſet deus cuius nature nō ſum⁹
factus eſt homo. vt ī illo eſſet vi
tis humane nature cuius et nos
palmites eſſe poſſemus. Eſt de-
niqꝫ memoriale p̄cipuum domi-
nice paſſionis. in qua primo cor
pus afflictum ſanguinē fudit et
anima patri obtulit p̄ciū noſtre
redemptiōis. vt nos ꝑ peccatū
a deo longe poſitos et ſeꝑatos.
deo nos recōciliādo vniret. Ita
et anima hoc cibo innouata pri
mo amoroſe in xp̄m hominē con
uertitur ⁊ ꝑ xp̄i humanitatem q̄
nobis ſalutis viam oſtendit. tā
q̄ꝫ ꝑ viam tutā tendit in deū ibi
quieſcendo. Unde fit vt non ſo
lum ꝑticipatione hui⁹ ſacramē-
ti dicatur homo xp̄iferus. quaſi
xp̄m ferens. vel habens. ſed di-
uin⁹ imo deus. nō ꝑ eſſentiā ſed
ꝑticipatōe. eo mō quo ꝓpħa ait
Ego dixi dij eſtꝭ ⁊ filij excel. oēs
Cum eīm ſic ꝑ hoīem xp̄m aīa do
ꝑ effectū ꝯiungit̄ in ipſi⁹ ſil'itudi
nem dilectōis ſocietate transfor
mat̄. ita vt veri⁹ ſit in deo quem
amat. q̄ꝫ ī corꝑe qđ aīat. vt vult
Bern̄. ad frēs de monte Ueri⁹
inq̄ꝫ nō eēntie ꝑ mutatōe. quā vt
dictū eſt nō amittit. ſꝫ obiectiā
oꝑationū ſuaꝝ directōe. pl⁹ ſcꝫ
tendēdo ꝑ ꝯgnitōem ⁊ amorem
in deum. q̄ꝫ in ſe vel corpus ſuū.
ꝯcordat Sco. li°. 4. diſ. 49. q.
. 1. ¶ ¶ Quartū mirabile.

manēt accidētia panis. ſed ſine
ſubiecto. Et q̄nto ꝯtinēt ſꝫ non
afficiūt. ⁊ ſexto agunt ⁊ nutriūt
Accidētia veterꝭ homis q̄ adue
niūt et recedunt ꝯcupiē ſunt in-
ſtabiles ꝑtis ſenſitiē. ſunt ⁊ ten-
tationū īmpet⁹ mundi. carnis. ⁊
maligni ſpūs. q̄ nō nunq̄ꝫ eque l'
plus p⁹ſumptōꝫ hui⁹ viuifici ſa
cramēti adherent ⁊ ꝓſternere q̄
runt. Sꝫ agēte virtute h⁹ ſacri
ſine ſubiecto efficiūt̄. dum in ei⁹
v̄tute innouat⁹ iam hō ⁊ robo-
ratus. nō ſe ꝯcupiſcētijs ſubdit
neq̄ꝫ ab eis denoiātōem trahit.
ſic ab accidēte ſubiectū. Un̄ fit
vt licet affletur vana gloria. nō
fiat ſuꝑbus. licet tentet̄ carnis
voluptate. ira. vl' inuidia. nō tn̄
carnalis ſeu⁹ aut amar⁹ denoiat̄
Hugo in de arra ſponſe. O ma
cule fede ⁊ turpes O macule ve
teres recedite ⁊ abite inuanū mi
hi adheretꝭ. q̄ꝛ etiā mecū manē-
tes mee nō eſtis Habeo aliud ex
emplar cui ꝯformari cupio. Ex
q̄ etꝭ h̄ didici. q̄ vos extermiare
debeo. ⁊ q̄liter h̄ faciā iā agſco.
¶ Q Quintū. Nec ſolū ſibi
hominē nō ſubijciūt. ſꝫ etiā ꝯti
nent. ⁊ occaſionalit̄ in eo deū cui
iā vnit⁹ eſt manere faciūt dū ten
tati ſolicite vigilant et aduer-
ſario vt leo rugiēs circūienti ac
deuorare q̄renti nullū pandunt
aditū. Nam ſm̄ Wilhel. piſien.
in de v̄tutib⁹. Periculoſiſſima
dyaboli aſtutia ē ceſſare a ꝑcep-
tibilib⁹ tentatōnib⁹. q̄ dū nulla

tentatõẽs valet vincere diſſilꝫat
pacẽ. vt ſic in eis q̃s ad tꝑ⁹ nõ in
quietat generet̃ fatua ſecuritas
qua dei timoꝛ q̇ electoꝛũ ẽ vigilã
tiſſim⁹ cuſtos negligit̃. deſidia ꝛ
tarditas ad bona oꝑa ꝑficiẽda
Ignoꝛãtia ſui ꝛ ꝓꝑoꝝ defectuũ
q̃ mater eſt elatiõis ꝛ ſuꝑbie Ac
fratern⁹ generat̃ ↄtẽpt⁹. Hanc
pacẽ ꝑiculoſam ſuſpirãs ꝓpħa
ait. In pace amaritudo mea a⸗
mariſſima Ad cuſtodiã igit̃ vir
tutũ ꝛ ꝑ̃ſuatõem a lapſu. manẽt
tẽptamentoꝝ accña. eiſqꜫ manẽ
tibus manet xp̃c. dicente ꝓpħa.
Prope eſt dñs oibus q̇ tribula
to ſunt corde. iõ Jaco. j. dꝛ Dẽ
gaudiũ exiſtima te frẽs dũ vari
as tentatiões incideritis. hmõi
ꝟo ꝑceptibiles tẽtatões ex habi
tib⁹ prauis derelictis genite. dũ
ſentiunt̃ Aut nõ nunqꜫ a dño ex
citant̃. ſunt veluti clipeus ↄ̃ ꝑo⸗
res nõ ſenſas tentatiões et hoĩs
punctio ad ꝓfectũ. Juxta illud
ꝓpħe Multiplicate ſunt infir⸗
mitates eoꝝ poſtea accelerauer̃t
Non tñ afficiũt. qꜫ dũ eis nõ cõ
ſentit̃ ſed virtute ſacr̃i vincunt̃.
iam ſunt materia ꝟtutꝫ. ꝛ ↄſciaꝫ
nõ maculant ſed ſaluãt. R
¶ Hoc etiã mõ accña hec agunt
ſuas actões. ꝛ ſic agendo nutri⸗
unt nõ ꝟtute ꝓpꝛia ſed diuina.
Dum hõ hoc cibo refect⁹ virilit̃
eã oppugnat. meretur caritatis
augmentũ. ac interioꝛibus ſuis
bonis electõib⁹. nouos virtutũ
in ſe cauſat habit⁹. aut ꝑus geni
tos nutrit ꝛ ↄfoꝛtat. de hoc lo⸗
q̇tur Gerſon ſuꝑ magr̃. Cõfun
dant̃ inq̇t ꝛ erubeſcãt neqꜫ ſpũs
q̇ paſtos hoc cibo dum ꝓſterne⸗
re querũt eleuant. dũ expugnãt
coꝛonas fabꝛicãt. dum ſe extol⸗
lunt ſuꝑ omẽ illud qđ dꝛ ds. vi⸗
dent inuidi hoiem quẽ ſuſcitat
deus egenũ de puluere. ꝛ de ſter
coꝛe paupem. vt ſedeat cũ ꝑ̇nci⸗
pib⁹ ꝛ ſolium gloꝛie teneãt. Vñ
excõicati vt ſulphur ĩ abyſſum
ceciderũt. S ¶ Reſtant ad
huc tria mirabilia ex ꝑte coꝛꝑis
xp̃i. Quoꝝ ꝑ̇mũ ꝛ in oꝛdie ſepti
mũ eſt. ꝙ coꝛp⁹ xp̃i qđ ẽ in celo ex
tẽſũ et magnũ ẽ integrũ ĩ ſacr̃o.
qꜫ cũ oib⁹ ſuis ꝑtib⁹ ꝛ toto illo
qđ ẽ de ei⁹ integritate ſꝫ ñ q̃nti
tatie. Ita miſtice xp̃c aie cui vni
tur aſſiſtit q̃ntificãs eã magnis
donis rõne oim que ſunt ĩ xp̃o.
Cõſeq̇tur nanqꜫ aia ex coꝛꝑe xp̃i
ꝑticipatõꝫ omniũ meritoꝝ ꝟtu⸗
tum ꝛ grãꝝ q̃ ſuis laboꝛib⁹ ꝛ ſu⸗
doꝛibus cumulauit. Caput ſiq̇⸗
dem oẽm ſuã virtutẽ mẽbꝛis in⸗
fluit. Xp̃c autẽ caput eſt eccleſie
noſqꜫ mẽbꝛa eius efficimur ꝑtici
patiõe h⁹ ſacr̃i. Ex ſanguie expi
atõem pctõꝝ Sanguis xp̃i ait
apl's Emũdabit ↄſciẽtias nr̃as
ab oꝑibus moꝛtuis. ad Hebꝛe.
9. Ex aia redẽptõeꝫ quã ipe ob⸗
tulit patri ꝓ ouibus ſuis tanqꜫ
paſtoꝛ bonus (animã meã ꝓ oui
b⁹ meis pono Joħ. j) Et quoti
die offertur in altari. vt a pctõꝝ
obligatõibꝫ redimamur Ex dei

tāte vero ꝯſeq̄tur gr̄am viuifica
tionis ac plenitudinē omis ꝑfe-
ctōis Joh. 6. Qui mādu cat me
viuit ꝓpter me. vita ſpūali. quā
ſolus deus dare pōt. vt dt apl's
Neqꝫ qui plantat eſt aliq̄d neqꝫ
q̄ rigat ſꝫ q̇ incrementū dat de⁹
.j. Cor. 3. Incrementū eſt grā ⁊
caritas. q̄ vita eſt aīe ſpūalis. ec
ce q̄nt⁹ vnit̄ aīe. ſed tn̄ nō eſt in
ſacramēto q̄ntitatie Quātitati
ue eſt in aliquo qd̄ extendit̄ ⁊ ꝑ
ꝑtes foris diſtendit̄ Sic nō eſt
de aīa. qm̄ ꝑ hec magna dona q̄
percipit ſeu ꝑticipat nequaqꝫ fo
ris diſtendit̄ inflatur aut ſenſi-
bus hō magn⁹ appet. ſꝫ ecōuer
ſo in ſe ꝯhitur ꝑ hūilitatē. ⁊ q̄n-
to maiorat̄ ꝟtutibꝫ. tanto hūili
atur morib⁹. ꝯgnoſcens ſe nihil
eſſe in oībus apud ſe. Sed oīa
gratuite a deo ꝑ hanc ſacrā cōi-
onem imeritā recepiſſe Et apud
ꝓximū i exteriori ſubiectōe. qd̄
optime in virgine gl'ioſa ſignat̄
q̄ iam ſublimata gl'ia inaudita
dixit. Ecce āncilla dn̄i. Et exur
gens abijt in mōtana cū feſtina
tōne ſue ꝯgnate ſeni miſtratura
Octauū eſt. qꝛ ſimul eſt
in pluribꝫ locꝫ. ⁊ tn̄ tot⁹ in ſingu
lis Sic ſpūaliter cū in omēs a q̇
bus ſumit̄ ſe diffundat Alber.
magn⁹ in li. de ſacris. Sic cōis
eſt omniū digne ſumentiū vt ni
hil min⁹ ſit tot⁹ ſinguloꝝ. ac ꝑ h̄
ſingulos in ſe vnit. vt ſic ſingu-
lis ſe totū ꝑticipat. ſic ſingl'i me
ritꝫ cōicent ſinguloꝝ. quēadmo
dum et eiuſdē corꝑis oīa mēbra
ꝑticipant ſingulis. vt ſi quid pa
titur vnū. patiunt̄ oīa. Si glo-
riat̄ vnū. ꝯgaudent oīa. j. Cor.
12. Ita ⁊ ſinguloꝝ merita cōia ſt̄
ſingulis huic corꝑi incorꝑatis.
Et ꝓpter hanc cām recte dr̄ h⁹
ſacri ꝑceptō cōio. qꝛ oīb⁹ bonis
xp̄i et omniū ſanctoꝝ facit nos
cōicare. vt ſi quid deficit in ſin
gulis. omniū ſanctoꝝ abundan
tia ſuppleatur Nonum
⁊ vltimū fuit. ꝙ cū realiter ſit in
ſacr̄o. non tn̄ ad extra ꝑcipitur.
Nec corp⁹ nutrit Ueꝝ ad intra
mēs videt ꝑ fidē. ſentit ꝑ deuo
tōem. deguſtat ꝑ internā dulce-
dinē. Sed et nutrit ſatiat. dele
ctat. corroborat. ſm̄ Gerſ. ſuꝑ
mḡt trac. 9. ꝑ. 4. Et breuit̄ oīa
ꝯfert bona. Quā em̄ gr̄am non
ꝯferret. fons toti⁹ gr̄e. veraciter
⁊ real'r in ſacr̄o ꝯtēt⁹ et accept⁹.
hinc eucariſtia dr̄ ꝑ excellētiā. i.
bōa grā. hinc dt apl's Ro. 8. q̇ ꝓ
ṗo fi. ſuo. nō pep. ⁊c̄. q̄uō n̄ oīa
donauit cū illo Cū ḡtot tātaqꝫ
bona ꝯfert cōio venerabil' euca
riſtie nō ſatꝫ ꝯſulte agūt q̇ ſe red
dūt inhabiles ad ſuſceptōꝫ tāti
cibi. ſtulte q̇ ſine cā rōnabil' ipe-
dimēti ſe ſbtrahūt. Prudēt̄ ꝟo
q̇ ſibi bn̄ ꝯſciȷ̄ freq̄nt̄ accedūt qꝛ
q̇ decā ſūt. ⁊ ſi ꝯferat q̄nꝫ ꝓpter
op⁹ opantꝫ. addit tn̄ ml'tū ꝟtu-
te opꝫ opati. qd̄ nō ꝯſequūt̄ q̇ ſe
ſbtrahūt erꝫ ex deuotōe Faciat
ḡ nos digne accedere. ⁊ ſibi icor
porari idē dn̄s nr̄ ieſus xp̄c.

☞ Sequuntur nunc indulgentie A ſummis pontificibus conceſſe pro feſto corporis chriſti. intereſſentibꝰ diuinis officiis ꝛc. ab Urbano ſcilicet Martino et Eugenio.

| | Urbanꝰ | martiꝰ | eugeniꝰ | Sũma dieꝝ |
|---|---|---|---|---|
| Jeiunãtibꝰ i p̄feſto | | 100 | 100 | 200 |
| Intereſſentibꝰ veſpis | 100 | 200 | 200 | 500 |
| Completorio | 40 | 80 | 80 | 200 |
| Matutinis | 100 | 200 | 200 | 500 |
| Primis | 40 | 80 | 80 | 200 |
| Tercijs | 40 | 80 | 80 | 200 |
| Sextis | 40 | 80 | 80 | 200 |
| Nonis | 40 | 80 | 80 | 200 |
| Miſſe | 100 | 200 | 200 | 500 |
| Proceſſioni | | 100 | 100 | 200 |
| Cõicantibus | | 100 | 100 | 200 |
| Veſperis | 100 | 200 | 200 | 500 |
| Completꝫ. | 40 | 80 | 80 | 200 |
| Summa dierum omnium. | | | | 3800 |

Per octauam indulgentie

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Intereſſentibus matutinis | | 100 | 100 | 200 |
| Primis | | 40 | 40 | 80 |
| Tercijs | | 40 | 40 | 80 |
| Sextis | | 40 | 40 | 80 |
| Nonis | | 40 | 40 | 80 |
| Miſſe | | 100 | 100 | 100 |
| Veſperis | | 100 | 100 | 100 |
| Completꝫ | | 40 | 40 | 80 |

Summa omniũ dieꝝ p̄ octauam. 6000. dies
Singulis em̄ diebꝰ habent mille dies

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Celebrantibus | | 100 | 100 | 200 Sũma. 1200 dies |
| Nihil negligentibꝰ | 100 | | | 100 Sũma p̄ ſe. 100 dies |

Summa omniũ dieꝝ p̄ totã octauã vndecim milia ꝛ centũ dies.

34

¶ In feſto corpis xp̄i ſer-
mo. III. in oꝛ. XLVI.

Eſuriētes
impleuit bonis
Luce. j. A ¶ Ad
eſt nobꝫ dies opulētiſſima. dies
celeſtis cōuiuij. quo eſurientes
dn̄s impleuit bonis. atqꝫ in ſua
dulcedine paupibꝰ refectōm de
licatiſſimam prepauit. Dm̄ ⁊ ſi
diuites. rerū celeſtiū faſtidioſi.
inanes relinquant. qui vero pp̄
am ꝯſiderantes miſeriā atqꝫ in-
ediam. fontē viuū ſitiunt. atqꝫ
pitura faſtidiētes. panē ſupcele
ſtem qui dat vitā mundo. quē q̇
guſtauerit mortē nō videbit in
eternū eſuriūt. quales ſunt qui
cūqꝫ hodierna feſtiuitate deuo
tis mentibꝰ xp̄o dn̄o ſub ſacra-
mentali ſpē veraciter pn̄ti fui-
erunt. nō vacui ſed bonis oībus
ſunt impleti ¶ Animo mihi fue
rat de hijs bonis parūp medita
ri. et ex ſanctoꝝ patrū dogmati
bus huiꝰ viuifici ſacr̄i fructus
q̇bus eſurientes dn̄s implet col
ligere. Uerū infirmos reuerbe-
rat oculos. hoꝝ multitudo ma-
gnitudoqꝫ. Tot nanqꝫ et tanti
ſunt. vt numeꝝ excedant piter ⁊
menſurā. ppter qd̄ eos vl'i boni
tatis noīe exp̄mere voluit ſapi-
ens mulier illa inter ml'ieres be-
nedicta. q̄ omnia xp̄i verba con-
ferua bat ꝯferens in corde ſuo. d.
eſurientes impleuit bonis.

¶ Attento ſiq̇dem quis in hoc
ſacramēto ꝯtinet. ipſe videlicet
qui ſolus bona omnia largitur.
vnigenitꝰ patris. p quē ſunt oīa
manifeſtū erit ꝙ nullū oīno bo-
nū eſt. qd̄ non huiꝰ nobis ſacr̄i
vſu donetur. Attamen e multis
pauca ſpēalius circa ip̄m inq̇re-
re ſatagimꝰ. q̄ animū hoīs plus
mouent. et veraciꝰ circa appetē-
da dirigūt. ſm ph̄m. 2. ethicoꝝ.
c. 6. quatinꝰ ad hꝰ veneratōꝫ ma
gis accendamur. accenſi auidiꝰ
eſuriamꝰ. eſurientes ſolicitius
q̄ramus. q̄rentes citius inuenia
mus. inueniētes bonis eius pfe
ctius impleamur. ſm verbū the
matis. Eſu. imple. bo. Pro gr̄a
Aue maria. ☞ ¶ B Eſuriē
tes impleuit bonis. Ut ex innu-
meris huiꝰ ſacr̄i bonis. q̇bus pi
etatis fons in eodē ꝯtentus im
plet eſuriētes. aliqua pticulariꝰ
ꝯgnoſcamꝰ. ordo datus eſt in p̄
mo ſmōe trifariꝰ. ſm triplicem
finem inſtitutōis eius. Nam et
finis rei fructꝰ eius eſt. Id autē
nō incōgrue fit in hodierna die
quā ad venerandū illud ſacr̄m
ſaluberrimū. pꝰ ſacroſancte eu-
cariſtie a xp̄o inſtitutiōꝫ eccleſia
inſtituit. quatinꝰ pꝰ p̄orem in ce
na dn̄i habitam informatōem.
de multiplici huius cibi et ſacr̄i
ſumptōe. qui bonis in vitā. ma
lis in mortem ſua culpa puenit.
auditis eius fructibꝰ innūeris.
ad dignā tanti ſacr̄i ſumptōem
nos ſolicitiꝰ preparare ſtudeamus
Non autē de indigne accedētiū

effectu et p̄ctō nephario de quo
ſup̄. ſed de fructu digne ſumen-
tiū nunc aliquid vel breuiter di
cere placuit. Et licet diuerſi di-
uerſimode id attēptauerint. at-
tamē breuitati ſtudens oēs ꝛ ſin
gulos in duo diuidere placuit.
ſm ꝙ hoc ſacr̄m eucariſtie p̄nci-
paliter inſtitutū eſt in ſacrificiū
Et in ſacr̄m ſeu cibum. Ido ex
ꝯn̄ti oēm fructū ſacrificij. omnē
qꝫ fructum ſpūalis cibi gignit ꝛ
influit. Pro intellectu p̄mi. qūo
ſcꝫ eucariſtia inſtituta eſt nobis
in ſacrificiū Aduertendū ſm be
atū Aug. x. de ci. di. c. 4. ꝙ ſacri
ficiū cult⁹ q̇dā eſt ſoli deo debi-
tus. ſm ꝙ ſcribitur. ſacrificans
dijs eradicabitur niſi ſoli dn̄o.
Siue vt alij dicūt ꝛ p̄ſtim can
cellari⁹ in ſuo ſup m̄gt. Sacri-
ficiū eſt oblatio facta deo. in re
cognitōem ſummi dominij ſui.
ſiue iſta oblatio ſit interioꝛ ſiue
exterioꝛ. in affectu ſolo vel etiā i
effectu. Nā ſm btm̄ Aug. x. de
trini. Omne ſacrificiū viſibile.
inuiſibilis ſacrificij eſt ſacr̄m. i.
ſacrum ſignū. Eſt aūt inuiſibile
ſacrificiū in quo deo ſpm̄ ſuum
offert hō. ſm illud ps̄. Sacrifi
ciū deo ſpūs cōtribulat⁹. Ideo
quidquid adhibetur ad hoc vt
ſpūs homis feratur in deum. ꝙ
ſe ſubijciat d̄o tāq̄ ſupmo dn̄o.
ſacrificiū dici poteſt. ¶ Indigꝫ
aūt hō ſacrificio ꝑpter tria. vt
d̄t ſanct⁹ Tho. in. 3. p. q. 22. ar.
2. videlicet ꝑpter remiſſiōꝫ pcti

p quod a deo auertitur. Vn̄ ad
Hebre. 5. ait apl's Omnis ponti
fex ex hoibus aſſumpt⁹. ꝓ hoi-
bus cōſtituitur. vt offerat dona
ꝛ ſacrificia ꝓ peccatis. Scd̄o vt
hō in ſtatu gratie ꝯſuetur. ꝛ d̄o
ſp adhereat. qūo hortatur apl's
Ro. 12. Exhibeatis corpa vr̄a.
hoſtiam ſanctā. viuentē deo pla
centem. Tercio ad h̄ vt ſpūs ho
minis d̄o totaliter vniatur. qd̄
maxime erit in gl'ia. ad qd̄ p̄t re
ferri illud. j. Pet. 2. Offerētes
ſpiritales hoſtias. acceptabiles
deo. Acceptabiles inq̄ꝫ ad gl'iāꝫ
ſempiternā. ¶ Et ſm h̄ in
teſta. ve. fuerūt oblatōes tripli-
ces ordinate. Nam ꝓ pcti expia
tōne fiebat ſacrificiū ꝓ peccatis
Leui. 4. Pro ꝯſuatōe gr̄e pacis
et ceteroꝝ beneficioꝝ dei. obtu-
lerunt hoſtias pacificoꝝ. cui⁹ ri
tus habet Leui. 3. Sed ꝓ pfe-
cta vnione homis cū d̄o olocau
ſtum obtulerunt. qd̄ id circo to
tum cremabatur ſup altare. ad
ſcandum totū hominē transfor
mari ſiue vniri debere deo. vt
vult Nico. de lyra. Leui. p̄mo.
¶ Verū impfecta fuerūt illius
tpis ſacrificia. q̄ntum ad omia
illa tria. Nam ſiue ex ſe. ſiue ex
ope opato pctā nō abſtulerunt
Hebre. x. Impoſſibile ē ſangui-
nem hircoꝝ aut vituloꝝ auferre
peccata. Neq̄ꝫ gr̄am cōtulerunt
et ita multo min⁹ gl'iam Ro. 3.
ex opib⁹ legis nō iuſtificabit ois
caro. Et iterū nihil ad pfectum

deduxit lex. Hebre. 7. Et iō ſa
crificia ⁊ precepta ceremonialia
ve. le. dicūẗ deo nō placuiſſe. ⁊ p̄
cepta nō bona. i. min⁹ bona. hic
Hiere. 6. Olocauſta vr̄a nō ſūt
accepta. Victime vr̄e nō placue
rūt mihi. Itē in ps̄. Olocauſtū
ꝓ pctō nō poſtulaſti. ⁊ ſilia mul
ta. ⁊ Ezech. 20. Dedi eis p̄cepta
nō bona. ⁊ iudicia in q̇bus non
viuent. q꜡ nec abſtulerūt morbū
culpe nec vitā gratie cōtulerūt.
q̇ď vtiqꝫ ď ceremonialib⁹ ⁊ iudi
cialibus verꝫ eſt. Nō aūt de mo
ralibus q̄ conſiſtūt in actibus
aīe interiorib⁹. q̇ cum debite cir
cumſtātionati fuerint. maxime
circūſtantia finis diſponunt ad
gratiā. Qꝛ ꝓo freq̄nter moyſes
ďt obſuantes legē viuere in ea.
vt Leui. 18. Deuto. 5. ⁊. 32. q̄ntū
ad litterā. loq̇tur ď vita nature
vita ſcꝫ p̄nti in hac terra. vtꝫ in
ſpiciēti textū. quā eis dn̄s ꝯſua
uit in pace ⁊ tranq̇llitate. q̄ꝫdiu
p̄ceptis obedientes fuere. Licet
dum ea ſuarent ex fide venturi
mediatoris et obediētia. cōſeq̄-
banẗ vitā gratie ⁊ ꝑ hanc vitam
glie. vt exponit lyra. Leuiti. 18.
Remittebāt tm̄ quandā irregu
laritatē vel legis penā. Et ideo
ďt apl's ad Hebre. 9. Si em̄ ſan
guis hircoꝝ et thauroꝝ et cinis
vituli aſꝑſus inq̇natos ſanctifi
cat ad emūdatōꝫ carnis. San
ctificat ďt. i. ſanctos q̇ď eſt ad
cultū dei. ingreſſum eccleſie. ap-
tos facit. ꝑ ablatōem irregulari
tatis ꝓpter contactū mortui vł

alterius carnalis imūdicie. quā
hic apoſtol⁹ dicit emundatōem
carnis. Sed a reatu culpe con-
ſcientiā non purgabant. niſi q̄n
tum offerētiū fides qua in ſuis
ſacrificijs xp̄m cognouerunt fi-
gurari. obedientia vel deuotio
merebaẗ. Neqꝫ ad hec agēda in
ſtituta ſunt. ſꝫ magis in onus et
ad figurandū ſacrificiū ꝑfectū
vt oſ̄dit mgr̄ diſ. j. libri 4ti.
D Tempe autē plenitudinis
gratie dedit nobis pater hoſtiā
ꝑfectiſſimā hn̄tem omnis boni
plenitudinē. vnigenitū ſuū. qui
etiam vt apl's ad Ephe. 5. ďt. ſe
metip̄m ꝓ nobis obtulit. oblati
onem ⁊ hoſtiam deo in odorem
ſuauitatꝭ. Obtulit aūt ſe ſemel
in ara crucꝭ in mortem. qua ob-
latione ſufficiēter omnes a mor
te liberauit. et cuncta q̄ ad vitā
ꝑtinēt meruit. ſicut ad Hebre.
x. ďr Hic (haud dubiū q̇n xp̄c)
vnam ꝓ pctis offerēs hoſtiam.
ꝑ vnam etiā oblatōem cōſūma-
uit. i. ad ꝑfectū deduxit in ſem-
piternū ſanctificatos Cōplacu
it em̄ prī ꝑ eum recōciliari om-
nia in ipſo pacificans ꝑ ſangui-
nē crucis ei⁹. ſiue q̄ in tr̄is ſiue q̄
in celis. ad Colł. 1. Quā oblati
onē xp̄i in cruce factā. oīa ve. te.
ſacrificia figurabāt. ſic̄ ďducit
apl's ad Hebre. 9. ⁊ Rom̄. x. Fi
nis legis xp̄c oī credenti. Et iōo
ꝓpter xp̄m in eis figuratū po-
terant gratiam ꝯferre. qui hec
ſpūaliter offerebant. credentes
explicite vel implicite in eis xp̄m

figurari. Et ſm hunc modū dt
Joh. in apoc. c. 13. Agnū occiſū
ab origine mōdi. qꝛ ab origie mōdi
figurata ē ei⁹ occiſio et ꝓmiſſa.
et ab origine mōdi ſaluauit. licet
nōdū exhibita. de q̄ etiā Bern. in
ſ. de ſacro altari ita ait. Xp̄c ꝓ
ſalute mōdi ſemel fact⁹ hoſtia ſa-
lutaris. rei recōciliatio gn̄alis. oi-
b⁹ ſacris tam p̄cedentib⁹ q̄m ſe-
q̄ntibꝰ virtutē dedit ⁊ efficaciā.
vt tāta ac tali hoſtia ſanctifica-
rent̄ omēs ſanctificādi ꝑ illam.
Unde legitur. qꝛ agn⁹ occiſus
eſt ab initio ſeculi. hijs videlicꝫ
qui fuerunt ab initio. ita vt ꝑ hoc
quod dicitur ab initio determi-
nes. nō tempus occiſionis. ſꝫ ſa-
lutis. Prius em̄ mors eius ꝓfu-
it q̄m fuit. ꝑius ꝓmiſſio ac demū
exhibitio. Hec Bernardus.
☞ ¶ In hac ergo vnica ⁊
ꝑfectiſſima oblatōne xp̄i in cru-
ce. habem⁹ ꝑfecte q̄cunqꝫ lex in
ſuis ſacrificijs vel cōtulit vel fi-
gurabat imꝑfecte. Per hāc em̄
noſtra pctā deleta ſunt. Ro. 14
Traditus eſt ꝓpter delicta nr̄a
Per ipam accepi⁹ grām nos ſal-
uantē ad Heb. 5. Cōſumat⁹ fa-
ct⁹ eſt oib⁹ obtꝑantibꝰ ſibi cā ſa-
lutis etne. Per ipaꝫ adipiſcimur
ꝑfectōem glīe ad Hebre. x. Ha-
bem⁹ fiduciā ꝑ ſanguinē xp̄i in
introitū ſctōꝝ ſcꝫ celeſtē gliam.
et iterꝝ Degluties mortē. vt vite
etne heredes efficeremur. j. pe. 3
¶ Quāuis āt ſemel oblat⁹ eſt in
cruce xp̄c. offert̄ nihilomin⁹ quo-
tidie idē ipſe. velat⁹ tn̄ ſub pa-
ſacramētali ſpē. Non q̄dē q̄ntū
ad ea q̄ penā imꝑtant q̄ſi iterū
vulneraret̄. pateret̄ ⁊ moreretur
Surrexit em̄ in corꝑe ipaſſibili
et glioſo. nō iterꝝ moritur⁹ Ro.
6. Sꝫ ex alijs duabꝰ cauſ. Pri-
ma qꝛ illi⁹ ſacrificij vniti i cruce
imolati. hui⁹ panis in altari ꝯſe-
cratio. oblatio et ſumptio repn̄-
tatiua eſt ⁊ ꝯtinuū memoriale.
Scda qꝛ ſilium effectuū oꝑa-
tiua in ſingulis offerētib⁹ vel ſu-
mentib⁹. quos vnica illa gene-
raliter in oibus oꝑata eſt in cru-
ce. vt vult Tho. in ꝑte. 3. q. 79.
ar. 1. Hinc canit eccleſia O ſacꝝ
ꝯuiuiū in q̄ xp̄c ſumit̄ ⁊c. // So-
lent nanqꝫ vt ait Aug⁹ ad ſim-
pliciū imagines illaꝝ reꝝ quaꝝ
ſunt imagines noib⁹ appellari.
ſic cū intuētes tabulā aut pietē
pictū dicim⁹. ille Cicero eſt. iſte
Saluſti⁹. Celebratio aūt hui⁹
ſacramēti. imago q̄dā ē paſſiōꝫ
xp̄i repn̄tatiua. q̄ eſt vera imolatio.
quare ⁊ illa imolatō noiat̄. hinc
btūs Ambro. ſuꝑ epl̄am ad He-
bre. In xp̄o inquit ſemel oblata
eſt hoſtia ad ſalutē potēs Quid
ergo nos? Nōne ꝑ ſingulos di-
es offerimus? Et ſi quotidie of-
fero. ad ei⁹ memoriā fit. Et vna
ē hoſtia nō multe. Quō vna. nō
multe? quia ſemel imolat⁹ ē xp̄c
hoc āt ſacrificiū exēplū eſt illi⁹.
Idipm em̄ ſp. ⁊ idipm offertur.
Et infra. Chriſt⁹ hoſtiam ob-
tulit. ipſam offerimus et nunc.

Sed qđ nos agimus. eſt recor-
datio ſacrificij. Que exponens
Algeri⁹ libro. 2. de corpe ⁊ ſan-
guīe dñi c. 16. đt. Quotidianū
ſacrificiū idipm dicit. cum eo q̄
ſemel oblat⁹ eſt xp̄c in cruce. q̄n
tum ad eandem hic ⁊ ibi corpis
xp̄i ſubām. Qz vero nr̄m q̄tidi-
anū illi⁹ ſemel oblati đt eſſe exē-
plum. i. figurā vel formā. Non
đt vt hic vel ibi eēntialiter aliū
xp̄m ꝯſtituat. ſz vt eundē in cru
ce ſemel. in altari quotidie. alio
mō offerri ⁊ imolari oñdat. Ibi
in veritate paſſiōis. q ꝓ nobis
occiſus eſt. hic in figura ⁊ imita
tōne paſſiōis eius. q xp̄c nō iter
vere patit. ſed ipſi⁹ vere paſſiōis
memoria q̄tidie nobis iteratur.
Qđ ita fieri debere dñs in eius
inſtitutōe docuit dicēs. Lu. 22.
Hoc quotieſcunqz feceritis in
mei memoriā facietis. i. in meō-
riam mee paſſiōis. ſm glo. Hoc
q̄z verbū ꝑtractās btūs Bern.
in ſmōe đ venerabili eucariſtia
ita exclamando đt. O ſumma
pia ⁊ ſuauis meōria Annūciare
mortē dñi donec veniat. Quid
facis hō ingrate adora deuoti⁹
recole frequēti⁹ in ſacro altaris
ſalutē mūdi ꝓ te paſſam. vitam
ꝓ te mortuā. fortitudinē infir-
matā Seq̄tur Leter vt ampli⁹
mouearis imo vt magis incale-
ſcas in amorē tui redemptoris.
Voluit xp̄c vt iugiter coleretur
ꝑ miſteriū qđ ſemel offerebat in
pcium. et illa ꝑhennis victima
viueret in meōria. ⁊ preſens eſſet
ſꝑ in grā. hec Bern. Ecce q̄le
ꝓuidit nobis dñs ſacrificium.
oīa aliā ſacrifitia excellēs. hñs
in ſe eminēter q̄ in nullo alio ſa-
crificio ſimul repiuntur. f
¶ Habet etiā p omibus ſacrifi
cijs ſanctitatē. ⁊ ſanctificatōis
opatōem. qz eſt in oibus ſcatū.
Quia omnibus alijs refutatꝫ.
voluntati diuine acceptiſſimū.
quia valore excellētiſſimū. qz ꝓ
oibus redimendis hoibus ipm
ſolum eſt oblatū tot in ſe ꝯtinēs
grās. quot in oibus alijs pote-
rant ſignificari. De cui⁹ accep-
tabilitate loq̄tur btūs Aug⁹. 4
de tri. c. 14. dicēs. ꝙ q̄ttuor cōſi
derātur in omi ſacrifitō ſcilicz
Cui offeratur. a quo offeratur.
Quid offeratur ꝓ quib⁹ offera
tur. Omnib⁹ hijs reſpectib⁹ ſa-
crificiū illđ acceptabiliſſimū eſt
Offert em̄ ſūmo pr̄i Ab ei⁹ vni
genito Offertur xp̄c ſm huma-
nitatē ſeu in hūana natura. Of
fertur ꝓ omnib⁹ mūdis ⁊ mun-
dandis. Quis tam mſicors ſic̄
pater celeſtis. Quis tam iuſtus
ſanct⁹ ⁊ imaculat⁹ ſicut vnic⁹ đi
filius q̄ nō habet opus ſacrifitō
purgari. Talis em̄ decebat ait
apl's Hebre. 7. vt nobꝫ eſſet pō-
tifex ſanct⁹. imaculatus ⁊c. Hic
pontifex ad dextrā dei ſedet in
excelſis. tanto melior angelis fa
ctus. quanto differēti⁹ pre illis
nomen hereditauit hui⁹ pōtifi-
cis ſūmi vicarij ſunt ſacerdotes

Iſa. 6j. Uos aūt ſacerdotes vo
cabimini miſtri dei noſtri. hic ğ
ſacerdos qui patri offertur. nō
poteſt nō eſſe acceptus. ⁊ ideo ef
fectum hui⁹ ſacrificij malicia ſa
cerdotis impedire nō pt ¶ Sa
crificiū deniq₃ ad mundandū ⁊
placandū ſufficiētiſſimū Quid
em̄ tā mūdū ꝓ mūdandis vicijſ
mortaliū. q̄₃ ſine vlla cōtagione
carnalis ꝯcupie. nata in vtero ⁊
ex vtero virginali xp̄i hūanitas
quid tam grate offerri ⁊ ſuſcipi
poſſet q̄₃ caro ſacrificij noſtri.
⁊c̄. vt pſeq̄tur Aug⁹. 4. de tri.
vbi ſupra. Nedum ğ ꝓ mūdis
tm̄. ſed etiā ꝓ mundandis. ſm
Aug⁹. x. de ciui. dei. c. 6. offert.
¶ B/ Ecce quantū eſt ſacrifi
cium noſtrū. Nedum meōriale
magni illius. vnici ⁊ pfectiſſimi
ſacrificij ſemel in cruce oblati.
ſed idip̄m et ſemp idip̄m. 2 Me-
moriale digniſſimū. ſ₃ nobis pe
grinantib⁹ plurimū nec̄im. Cū
em̄ nulli ſperanda eſt ſalus. niſi
q̇ dei caritate accenſus. xp̄o con
formaṫ. vt deducit apl's. i. Cor.
13. Caritas ṗo nullo fomēto ita
in nob₃ generari pt foueri ⁊ nu-
triri. ſicuti meōria dn̄ice paſſiō₃
que merito ſibi oēm amorē nr̄m
vendicat Ad hanc em̄ nos ſcri-
ptura Ecci. 29. hortatur dicēs.
Gratiā fideiuſſoris tui ne obli
uiſcaris. dedit em̄ ꝓ te animam
ſuā. q̇n ꝓ ea vicem reddendo di
ligas eū. diligendo nedū lingua
ſed ope et veritate Ad idē in cā
ticis Aperi mihi ſoror mea. ami
ca mea. q₂ caput meū plenum eſt
rore. ⁊ cincinni mei gutt₃ noctiū
Aperi mihi me in mentē ſuſcipiē
do In memoriā in dilectōnē. q₂
caput meū (ſc₃ diuinitas. iuxta
illud caput xp̄i de⁹) plenū eſt ro
re miſericordie ad remittēdū pec
catū Et cincini mei. i. hūanitas
diuinitatē velans. guttis. i. effu
ſiōe ſudoris lacrimaꝝ et ſangui
nis ac amaritudine paſſiōis. ad
redimēdū hereditatē tuā. ꝓ ſa-
tiſfactōne tuoꝝ pctōꝝ impigno-
ratam ¶ Ut itaq₃ iugiter apud
hoīes maner₃ memoriale paſſi-
onis dn̄ice. cui⁹ tot figure ve. te.
p̄ceſſere. ſtatuit eccleſia vt hodi
erno die. in cordis iubilo laud₃
q₃ tripudio. tā ſaluberrimū. tā
q₃ viuificum ſacramentū vene-
retur a xp̄i fidelib⁹. Ad qđ etiā
ſummi pontifices. populū aīare
volētes. indulgētias dedere lar
giſſimas ⁊c̄. Ex quibus iam ali
quantulū patet fructus hui⁹ ſa
crifij vt eſt memoriale crucifixio
nis xp̄i. q̇ eſt accendere ad amo-
rem. Ad gratitudinē. deuotio-
nem et cōpaſſionem. Et tm̄ de
illo vt eſt memoriale paſſiōis do
minice iugiter a nobis recolēde.
et hodie cum magno cordis iu-
bilo venerande ⁊ rememorande
¶ D // Reſtat nunc ꝯſequēter
videre quemadmodum hoc ſa
crificium eſt ſimilium effectuu₃
opatiuū. ſeu hec oblatio altaris
repſentans illam que facta eſt in

cruce. quēadmodū eſt ſimilium
effectuū opatiua in ſingulis of⸗
ferentibꝰ vel ſumentibꝰ. quos
vnica illa oblatio operata eſt in
cruce. quoſqꝫ opata ſunt figu⸗
ralia ve. te. ſacrificia in eius pꝛe
uiſa virtute Ipſa eñ vt tactum
eſt oblata ſunt ad pctī expiatio
nem. ad pacis ſtabilitatē. ad coꝛ
dis cum deo vnionem. Pꝛimū
ad hoſtiam ꝓ peccatis. Scdm
ad hoſtiam pacificoꝝ. Tercium
ad olocauſtū. De pmo bꝛeuiter
dicendū. ꝙ ex quo ſacratiſſima
eucariſtie oblatio in altari ꝑfe⸗
ctiſſimū memoꝛiale eſt vnici illi
us et veriſſimi ſacrificij. chriſti
in cruce. eoſdem effectꝰ opatur
in ſingulis offerentibꝰ et ꝓ qui
bus offertur in miſſe officio. qs
opata eſt generaliter mūdo xp̄i
in cruce oblatō. vnde Chriſ. ſu
per illud Johis. 19. et continuo
exiuit ſanguis et aqua ait. Hic
ſuſcipiunt pncipium ſacra miſte
ria. Cum acceſſeris ad tremen⸗
dum calicem. Velut ab ipſa bi⸗
biturus xp̄i coſta. ita accedas.
vtputa eundem fructum ꝑcep⸗
turus. Nam et accepto calice in
cena domiꝰ ait. Hic eſt ſanguis
meus qui ꝓ vobis tradetur in
remiſſionem peccatoꝛum. ☞

Uerum et ſi altaris oblatio
eoſdem effectus operatur. non
tamen eque per omīa perfectos.
Quia meritum oblationis xp̄i
in altari. nō equatur merito ob

lationis chriſti in cruce. Alio⸗
quin tantum valeret vna miſſa
celebꝛata a ſacerdote in accepta
tione diuina. quantū paſſio xp̄i
in cruce exhibita. quod non cō
ceditur. Alias enim ſicut paſſio
ſemel exhibita ſuffecit ad totiꝰ
mundi redemptionem et ſalutē
ita vna miſſa ad ſingulorum ho
minum pro ſuis peccatis plenā
ſufficeret ſatiſfactionem. et ita
ſuperfluum eſſet plures miſſas
celebꝛare. quemadmodum lati⸗
us oſtendit Scotus in ſuo qd̄
libe. q. 20. Eſt ergo oblatio alta
ris ſatis inferioꝛ quantum ad
fructum. ad illam in cruce vt
idem ibidem dicit. Accedit ta⸗
men magis pro quāto illam paſ
ſionem ſpecialius repꝛeſentat ac
per eam ſpecialius obſecrat. vt
virtute eiꝰ deus acceptet ſacrifi
ciū eccleſie. ⁊ ita virtute eius de
um ſpecialius placat ac bonum
impetrat.

☞ Nam valoꝛ fructus eu⸗
cariſtie vt ſacrificij non atten⸗
ditur pꝛeciſe ratione rei conten⸗
te ſcilicet chriſti. Alioquin eque
valeret eccleſie eucariſtia quan⸗
do conſeruatur in pixide. ſicut
cum offertur in miſſa. ſed atten
ditur etiam ex ipſius oblatione
Cum autem oblatio acceptatur
a deo non tantum ratione mu⸗
neris oblati. ſed etiam ratione
offerentis accepti. Sicut dici⸗
tur Geñ. 4. Reſpexit dominꝰ

ad abel ⁊ ad munera eius. ꝑrius
ad abel q̄ȝ ad munera ei⁹. Et Lu
ce. 2j. Dicit dominus. ꝙ vidua
paupercula plus q̄ȝ omnes mi⸗
ſit. quia ex voluntate magis ac⸗
cepta. Et beatus Grego. omel.
5. Nec penſat deus inquit quā⸗
tū in eius ſacrificio. ſed ex quā⸗
to proferatur.
☞ ¶ I / Videamus nunc ſpe
cialius de effectibus huius ſa⸗
cramenti vt ſacrificium eſt. qui
vt dictum eſt, ſunt ĳdem. qui et
paſſionis chriſti. Huius autem
tres ſupra cōmemorati ſunt. cor
reſpondenter ad oblatōem tri⸗
plicem ve. teſta. Primus eſt pec
cati remiſſio. De hoc ait beatus
Auguſtin⁹. et allegat Mgr̄. di.
.j2. libri q̄rti. Dedit nobis deus
ſacramētum ſalutis. vt qui quo
tidie peccamus. et ille iam ꝑ no
bis mori non poteſt. per hoc ſa
cramentū remiſſionem cōſequa
mur. In huius ſignum in dn̄ica
oratōne premittiur. Panē nr̄m
quotidianum da nobis hodie.
et ſtatim ſubinfert. Et dimitte
nob; debita noſtra. quia hec cō⸗
ſequēter ſe habent imolatio hu
ius panis ⁊ remiſſio peccatorum
¶ Illa tn̄ remiſſio intelligi pōt
vel quo ad reatū culpe ſiue quo
ad penam. Item quo ad peccata
venialia tantum. vel etiam quo
ad mortalia. et de his per ordinē
eſt videndum ¶ De peccatis igi
tur venialibus certum eſt ꝙ hec
remittuntur per hoc ſacrifici⸗
um. tam quo ad reatum. q̄ȝ quo
ad penam. totalem vel partia⸗
lem. Ad hoc facit quod nunc ſta
tim allegatum eſt. Et beat⁹ Am
broſius ait Si quotiens effun⸗
dit ſanguis chriſti in remiſſionē
peccatorum noſtrorum effundi⸗
tur. debeo ſemꝑ accipere vt mihi
ſemper peccata dimittantur. qꝛ
ſemper pecco. debeo ſemper ha⸗
bere medicinam. loquitur de ef⸗
fuſione cōmemoratiōis. que fit
in huius ſacramenti oblatione ⁊
ſumptione. Et Aug⁹ Iteratur
quotidie hec oblatio. licet chri⸗
ſtus ſemel paſſus ſit. quia quo⸗
tidie peccamus peccatis ſine qui
bus viuere humana infirmitas
non poteſt. Et quia quotidie la
bimur. quotidie chriſtus miſti⸗
ce ꝑ nobis imolatur. Hec magi
ſter diſ. j2. quarti. ¶ Habet au⸗
tem ſacramentū hoc virtutē ad
remiſſionem peccatorum venia⸗
lium inquantū cibus. et inquan
tum ſacrificium. Sicut em̄ per
cibum reſtauratur id quod quo
tidie deperditur per caloris na⸗
turalis actionē. ita i nobis id q̄d
quotidie ſpiritualiter deperdit
ex calore cōcupiſcētie per venia⸗
lia peccata que feruorem carita⸗
tis diminuunt. per huius ſacra⸗
menti ſumptionem reſtauratur.
Hec Thomas parte. 2. q. 79.
arti. 5. Hinc Ambroſius in li⸗
bro de ſacramentis dicit. ꝙ iſte
panis quotidianus ſumitur in
remedium q̄tidiane ifirmitatis

Quõo aũt ſacramẽtũ hoc reſtau
ret nedũ caritatẽ ſed etiã carita
tis feruorẽ. patebit cũ dicet̃ de
fructibus eius vt eſt cibus. Et
ꝓ quãto reſtaurat caritatem. re
mittit etiã nõ ſolum pctm̃ venia
le. ſ3 etiam penã ꝑ modũ ꝯcomi
tantie. Feruor em̃ caritatꝫ penã
remittit. ſicut ignis guttulas a-
que aſpſas penitus ꝯſumit. In
quantũ ṽo eſt ſacrificiũ habet
rõem ſatiſfactiuã. ſicut dt apl's
ad Hebre. 5. Ut offerat dona ⁊
ſacrificia ꝓ pctis. et Leuiti. 4.
Aĩa que peccauerit ꝑ ignorãtiã
offerat arietẽ imaculatũ. Glo.
.i. xp̃m Uer̃tm̃ qꝛ in ſatiſfactiõe
magis attendit̃ affectus offerẽ-
tis. q̃3 quãtitas oblati. vt dictũ
eſt. Ideo et ſi hec oblatio ex ſui
quãtitate ſufficeret ad ſatiſfaci
endũ ꝓ omĩ pena. acceptatur tñ
ſm̃ quantitatẽ deuotõis offerẽ
tis. ſumentis. vel eoꝝ ꝓ quibus
offertur. et ſm̃ hꝰ deuotõꝫ quan
titatem remittit vel penã totam
vel eius ꝑtem. ita dt btũs Tho.
in. 3. pte. q. 79. ar. 5. ¶ Eſt
tñ hic aduertendũ ꝓ dictis ⁊ di
cendis. ſm̃ eundẽ Tho. q. qua ſ
ar. 7. Q licet hec oblatio ꝑ mo
dum ſacramenti tm̃ ꝓdeſt ſumẽ
tibus et nõ aliĳs. Neq3 em̃ ex h̃
ꝙ aliq̃s ſumit eucariſtiam aliĳs
accreſcit fructus. neq3 hoc ha-
bet ꝯſuetudo eccleſie ꝙ multi cõ
municẽt ꝓ alterius ſalute Sed
tñ ꝑ modũ ſacrificĳ ꝓdeſt tam
offerenti ſacerdoti. q̃3 omnibꝫ ꝓ
quibus offertur. Offertur autẽ
p̃ncipaliter ꝓ ꝑticipantibꝫ ſumẽ
do ipm. atq3 manducando. Nõ
aũt ꝓ illis tm̃. ſ3 etiã ꝓ circũſtã
tibus. et oĩbus ad quos intẽtio
dirigitur offerentꝫ. Sumẽtibꝫ
itaq3 dupliciter ꝓdeſt ꝑ modũ
ſacramenti. et ꝑ modũ ſacrificĳ
Unde in canone dr̃ Quotq̃t ex
hac altaris ꝑticipatõe ſacroſan
ctũ corpus et ſanguinẽ ſumpſeri
mus. omni bñdictõne celeſti. et
gratia repleamur. Nõ ſumenti
bus vero tantũ ꝓdeſt ꝑ modũ
ſacrificĳ. Unde etiã in canone
dr̃. Memento dñe famuloꝝ fa-
mularꝝq3 tuaꝝ. ꝓ q̃bus tibi offe-
rimus hoc ſacrificiũ laudis. vel
qui tibi offerunt ꝓ ſe ſuiſq3 oĩ-
bus. ꝓ redemptõe aĩaꝝ ſuarum
ꝓ ſpe ſalutis ⁊ incolomitatꝫ ſue
⁊c. et vtꝝq3. dñs exp̃mit Matt.
26. Qui ꝓ vobis ſc3 diſcipulis
meis ſumentibꝰ. et ꝓ multꝫ aliĳs
effundetur. in remiſſionẽ pctõꝝ
¶ De peccatis vero mortali
bꝰ an illa remittat eucariſtia vt
ſacrificiũ vel ſacramentũ ſic di-
ſtinguit beatꝰ Tho. in q̃rto ſcri
pto diſ. 12. q. 5. Nam vt dictum
eſt Eucariſtia ſacramentũ eſt et
ſacrificiũ Ut ſacramentũ hab3
effectũ in ſumente. vt ſacrificiũ
in offerente ⁊ in hĳs ꝓ quibus
offertur. Ut ſacramentũ nõ tol
lit peccatũ mortale in ſumente.
ſaltem qd̃ eſt in ꝯſcia ſumentꝫ. i.
in eo q̇ cum cõſcia pcti mortalis
ſumit. hoc eſt. q̇ ſciens ſe in pctõ

moꝛtali actu. quia forte non di
ſplicet preteritū aut peccandi in
futuro habet ꝓpoſitum. vel me
moꝛans ſe peccaſſe moꝛtaliter ſi
ne abſolutōne ſacramētali cum
eam habere poſſet accedit. In
tali ſiquidem nō delet peccatū.
ſed auget culpam. quoniā ſic ac
cedens nouum moꝛtale commit
tit pro eo ꝙ indigne accedens
iudicium ſibi ſumit. et reus effi
citur coꝛpis et ſanguinis xpī. vt
dicit apoſtolꝰ. i. Coꝛ. xi. Et in
eccleſiaſticiſ dogmatibꝰ dicitur.
Si mens in affectu peccādi eſt.
grauatur magis eucariſtie ꝑcep
tione q̄ȝ purificetur. Et ratō eſt
quia eucariſtia vt ſacramentuȝ
cibus eſt anime. cuiꝰ vſus eſt in
manducando. Effectus autem
cuiuſlibet ſacramēti reſpondet
hijs que exterius in ſacramēto
gerūtur. Nam ꝓprius effectus
cuiuſlibet ſacramēti ſumi debȝ
ex ſimilitudīe ad materiam ſeu
vſum ſacramenti. Sicut patet
ex diffin itōne ſacramēti. 14. de
ciuitate dei. quā recitat Mgr̄.
diſ. i. quarti. vbi ꝛ dt ꝙ niſi ſac̄
menta haberent ſimilitudinē re
rum quaꝝ ſacramenta ſunt. ſac̄
menta nō dicerent̄. Quoniā ſa
cramentū ꝓprie dicit̄ quod ita
eſt ſignum gratie dei. et inuiſibi
lis gratie viſibilis foꝛma. vt ip
ſius gerat imaginē. et cauſa exi-
ſtat. Panis itaqȝ qui cibus eſt
coꝛpis et manducatus coꝛpꝰ nu
trit. vitam coꝛpis p̄ſupponit. ſi-
quidē in moꝛtuo nullum habet
effectū. Ita eucariſtiā que eſt ci
bus anime vitam anime preſup
ponit. et in anima per peccatum
moꝛtua effectum nullū habet
¶ Deniqȝ paſſio xpī cui virtus
huiꝰ ſacramenti innititur licet
ſufficientiſſima ſit de ſe remitte
re omnē culpam. et penam. tamē
in eo qui obicem ponit nihil effi
cit. Obicem ponit gratie dei.
quiſquis peccatū moꝛtale tenet
in ꝯſcientia. Ideo in tali nec eu
cariſtia. nec q̄dcunqȝ aliud ſac-
cramētū habere poterit effectū.
☞ ¶ Dictum eſt notanter pec
catū moꝛtale quod eſt in ꝯſcien
tia ſumentis. q̄m vt dicit beatꝰ
Tho. in. 3. pte. q. 79. ar. 3. Si
aliq̄s haberet peccatū moꝛtale
cuius ꝯſcientiā non haberet. vt
puto quia memoꝛiā eius aufu-
giſſet. aut forte actum ipm̄ moꝛ
talis pcti ignoꝛaſſet fuiſſe pctm̄
moꝛtale ignoꝛātia nō affectata
aut foꝛte nō fuiſſet ſufficient̄ cō
tritus. accederet tamē deuote ꝛ
reuerenter. talis ꝯſeq̄tur ꝑ hoc
ſacramentū gr̄am caritatiſ. que
ꝯtritōem ꝑficiet et remiſſiōem
peccati. hec Thomas. Et ſm̄ h̄
ꝯmuniter dicūt doctoꝛes. ꝙ pec
cata moꝛtalia oblita remittunt̄
ꝑ ſumptōem reuerentē huiꝰ ſa-
cramēti. M ¶ Penam vero
tempꝛalē pctō moꝛtali iam dimiſ
ſo quo ad reatū debitā. dt btūs
Tho. in ſcripto. 4. q. 5. duode.
diſt. inquantū ſacramentū non

tollit ſeu aufert. qꝛ vt ſic ꝓ ṗnci-
pali effectu habet vnionē homi-
nis ad xp̄m. et ideo non aufert
niſi ea que in habente vitā huic
vnioni oppoſita inuenit. Pena
autem peccato mortali debita
qđ iam deletum eſt huic vnioni
nō opponit᷑. ideo inquantū ſacꝛ-
mentū non habet effectum pene
mortalis dimiſſiōem Qđ dictū
ſic intelligi debere opinor. ꝙ eu-
cariſtia vt ſacramentū nō habet
ꝓ ṗncipali effectu. puta in quē
vt ſic ṗncipaliter ordinat᷑ remiſ-
ſionem pene. Alioquin magis ꝓ-
baret hec ratio ꝙ non auferret
penam peccato veniali debitam
imo nec peccatū veniale. Cōtra
ea que ſupradicta ſunt. et illud
Innocentij pape. Hoc ſacramē-
tum delet venialia. et cauet mor-
talia. qꝛ nec pena venialis pecca-
ti. nec peccatū veniale opponit᷑
vnioni ſumentis cū xp̄o. Et idō
melius dici pōt correſpondēter
ad ea que idem ponit in tercia ꝑ-
te ſumme. q. 79. ar. 5. Qꝛ euca-
riſtia cōſiderata vt ſacramentū
habet duplicem effectum. Uno
mō directe ex vi ſacramēti. Alio
mō quaſi ex quadam ꝯcomitan-
tia. ſicut dicit᷑ de ꝯtentꝭ ſub ſpe-
ciebus ſacramētalibus. Primo
mō effectus eius eſt ſpūaliter nu-
trire ꝑ vnionē ad xp̄m et mēbra
eius. Quia aūt hec vnio fit per
caritatem. Ex cuiꝰ feruore quis
ꝯſequitur remiſſionē nō ſolum
culpe ſed etiā pene. Inde eſt ꝙ ꝑ
quandam ꝯcomitantiā ad ṗnci-
palem effectum homo cōſeqtur
remiſſionem pene. nō quidē to-
tius. ſed ſm modū ſue deuotio-
nis et feruoris. hec Thomas.

☞ ¶ II Cum ǵ iſta ita locū
habent de pena pctō mortali iā
quo ad reatum dimiſſo debita.
ſicut de pena peccati venialis.
Dicendum eſt. ꝙ eucariſtia vt
ſacramenrū licet peccatū morta-
le nō tollat ex cauſa ſupradicta.
tollit tamen penam eius qđ ṗus
eſt dimiſſum quo ad reatū. Et
hoc poteſt etiā ſic oſtendi Nam
feruens actus dilectōnis qn̄qꝫ
ſupplet actum ꝯtritōnis. qui tn̄
eſſentialiꝰ ſe habet ad remiſſio-
nem peccati q̄m actus ſatiſfacti-
onis. ergo a maiori ſupplet actū
ſatiſfactōnis. Añs ita declarat
Scotus in ſuo. 4. diſ. 14. q. ṗ-
ma. Deus pōt remittere pecca-
tum per aliquē motum feruētē
dilectōnis in deum. abſqꝫ actu
penitētie ſub ꝓpria rōne. vtpo-
te in actu feruoris ad martiriū
ſtatim ſuſtinendum. vbi forte
nō eſſet cogitatō de aliquo pctō
ṗꝰ ꝯmiſſo. nec per ꝯſeqns aliqđ
penitere formaliter licet ꝟtualr
in illo motu eſſꝫ penitere ſiue de-
teſtari peccatū Et hoc ꝯſeq̄nter
ſic oſtēdit. qꝛ nullus excluditur
a regno celoꝝ q̇ facit qđ eſt ſim-
pliciter neceſſariū. Sꝫ eſt poſſi-
bile aliquē vſqꝫ ad inſtās a exi-
ſtētem in pctō. ab inſtanti a ne-

ceſſitari ad toto corde inſiſten-
dum circa actus diſtrahentes a
cogitatōne de peccato ↄmiſſo.
vtputa ſtatim expoſito artiſſi-
mo martirio. Talis em̄ ſaluat̄.
imo euolat. quia volūtarie offe-
rendo ſe martirio. facit totum
quod poteſt. et ita ꝑ motum di
lectionis et peccatū et pena eius
remittitur. Et diſt. 15. q. 1. idē
dicit. Poteſt aliquando ꝑ actū
nō penalem ſatiſfieri ꝓ peccato.
quia bene poteſt deꝰ actum ma-
gnum caritatis acceptare ꝓ pu
nitione debita vni culpe. Licet
em̄ non ſit ꝓpria punitio. eſt tn̄
magis bonum. et magis reddēs
deo honorem q̄m illa que eſſet
ꝓpria illiꝰ punitio. Ecce ꝑ actū
feruidum caritatis remittit̄ pe-
na vel totalis vel partialis.
☞ ¶ Quis deniqꝫ dubitat
ꝙ oratio que ponit̄ vnum ex tri-
bus opibus ſatiſfactōis plus ſa
tiſfaciat. et ita penā peccati tol-
lat rōne feruoris ac deuotōnis.
q̄m laboris aut fatigationis in
orando? Alioq̄n orans ſine de-
uotōne. et ꝑ ↄſeq̄ns magis labo
rans. quippe feruor et deuotio
fatigatōem minuit. magꝭ de pe
na tolleret q̄m orans cum feruo
re. Cum aūt ꝑ eucariſtiā vt ſac̄-
mentū augetur caritas ⁊ eiꝰ fer-
uor in ſumente. ptꝫ ꝙ ex ↄſequē
ti etiam penā peccato ꝑus dimiſ
ſo debitam aufert. ꝑtialem vel
totalem. ſm̄ intenſiōem feruo-
ris quē confert et excitat euca-
riſtia in ſumente.
☞ ¶ Eucariſtia vero vt ſacri-
ficium effectum habet. in offerē
te et in his pro quibus offertur.
vt dictum eſt. Nec ſolum offer-
tur ꝓ iuſtis. ſed etiam ꝓ pecca-
toribus vt iuſtificentur. imo ꝓ
infidelibus vt ad fidem ꝑueni-
ant. vt ptꝫ ex officijs et collectis
ab eccleſia ordinatis ꝓ peccato
ribus. infidelibus. errantibus
⁊c̄. Et ideo cōuerſionem impe-
trat et gratiam ↄtritionis ⁊ per
hoc remiſſionem peccati. Non
quidem omnibꝰ ſed predeſtina-
tis. et eis qui per obſtinatōnem
voluntatis obicem gratie poſi-
tum nō ↄtinuant. Et de hoc be
atus Tho. in. 4. ſcrip. q. 5. diſ.
12. dicit Eucariſtia inquantum
eſt ſacrificium habꝫ effectum in
hijs ꝓ quibus offertur. In qui
bus nō prerequirit vitam ſpūa-
lem in actu ſed in potentia. Et
ideo ſi eos diſpoſitos inueniat.
eis gratiam obtinet virtute illiꝰ
veri ſacrificij. a quo omnis gra-
tia in nos influxit. et per conſe-
quēs peccata mortalia in eis de
let. non ſicut cauſa ꝓxima. ſed
inquantum eis gratiam ↄtrici-
onis impetrat. Hec Thomas
☞ ¶ Deniqꝫ oratio primam
gratiam impetrat ei ꝓ quo ora
tur. vt orō Stephani paulo. vt
idem dicit. In prima ſecunde. q
vlti. articu. 6. Sed que oratio
efficatior eſſe ꝑt officio miſſe. in
quo ex ꝑſona totiꝰ eccleſie orat̄?

Si deniqꝫ xp̄c aduocat⁹ noſter
in celis ꝓ nobis interpellat apd̄
patrem ꝓ peccatis noſtris. vt d̄t
Johes in p̄ma cano. c. 2. ⁊ Pau
lus ad Ro. 8. Quādo hoc effi-
cacius credend⁹ eſt facere. q̄ꝫ dū
ipſe in ſacr̄o offertur p̄ri. vt ſm̄
ſuā inſtitutōꝫ aduocet ꝓ nobis
Hinc oratur in miſſa Agn⁹ dei
qui tollis peccata mōi miſerere
nobis ꝛc̄. Nec huic ꝯtrariat̄ qd̄
Aug⁹ ad renatū d̄t. Quis offe-
ret corp⁹ xp̄i niſi ꝓ hȳs qui ſunt
mēbra xp̄i? Mēbra aūt xp̄i dici
nō pn̄t niſi forte mortua. q̇ hn̄t
mortale pctm̄. qm̄ vt d̄t Tho.
vbi ſup̄ in ſcripto. ꝓ mēbris xp̄i
offerri intelligūt̄. qn̄ offertur ꝓ
aliquib⁹ vt ſint mēbra xp̄i. Et h̄
eſt qd̄ in quadā collecta orát ec-
cleſia. Purificent nos q̄ſumus
dn̄e ſacramenta que ſumpſim⁹
et preſta vt hoc tuum ſacramen
tum nō ſit nobis reatus ad pe-
nam. ſed interceſſio ſalutar̄ ad
veniā. ſit ablutio ſcelerū. Et ſeq̇
tur. ſit viuoꝝ et mortuoꝝ remiſ-
ſio oīm delictoꝝ Scelera peccā
ta ſunt mortalia. Quāuis etiā
in hoc intelligitur abluere ſcele
ra. vt vult Innocenti⁹. ꝙ ea im
pedit. robur contra ea mini-
ſtrando.

☞ ¶ P Et per hoc dicitur
ꝙ eucariſtia vt ſacrificiū nō ſo-
lum peccatoꝝ remiſſionem con-
fert modo dicto que actu com-
miſſa ſunt. ſed etiā mortalia pec
cata futura cauet. ſicut Innocē
tius terci⁹ dicit. Hoc ſacr̄m de-
let veniale et cauet mortale Vn̄
p̄ſeruare a peccato futuro nūe-
ratur inter effectus hui⁹ ſacra-
mēti. quoniā et dn̄s Joh. 6. ait
Hic eſt panis qui de celo deſcen
dit. Si quis ex eo manducaue-
rit non morietur. Quod q̇dem
manifeſtū eſt nō intelligi d̄ mor
te tempali. ergo intelligitur ꝙ h̄
ſacramentū p̄ſeruat a morte ſpi
rituali que eſt per peccatum. Et
ſm̄ ſanctum tho. in. 3. p. q. 79.
ar. 6. dupliciter hoc c ontingit.
Cum enim peccatum eſt quedā
mors anie ſpūalis. hoc modo p̄-
ſeruatur aliquis a peccato futu
ro. quo corpus a morte futura.
Et hoc dupliciter ꝯtingit. Vno
modo in quantum natura ho-
minis roboratur contra interio
ra corruptiua. et ſic preſeruatur
a morte per cibum ⁊ medicinam
Alio modo per hoc ꝙ munitur
homo contra exteriores impug
nationes. et ſic preſeruatur per
arma et exteriora munimenta.
Vtroqꝫ modo hoc ſacramentū
preſeruat a peccato. tam vt ſacri
ficium q̄m vt ſacramentum. qm̄
per gratiam quam vtroqꝫ modo
impetrat ac ꝯfert. et ſumenti. et
hȳs pro quibus offertur. robo-
rat ſpiritualem vitam hominis
tanqꝫ ſpiritualis cibus. Et ſpiri
tualis medicina. ſ. illud ps̄. Pa
nis confirmat cor hominis. Et
Aug⁹ ſup. Joh. Securus acce
de. panis eſt. non venenum.

Reuera nõ eſt venenum. ſed ve
nenum. i. fomitem peccati minu
it. in hoc ꝙ caritatem auget. Nã
ſm Aug. in li. 83. q. Augmentũ
caritatis eſt diminutio cupidi-
tatis. Alio mõ inquantũ ſignũ
eſt et memoriale paſſiõis xp̃i. per
quã victi ſunt demones repellit
demonũ ĩpugnatões. vñ Chriſ.
ſuꝑ Johẽm dt. vt leones flãmã
ſpirantes. ſic ab illa menſa diſce
dim⁹ terribiles effecti dyabolo.

¶ Q. Et ſi quis diceret mul
ti nõ ſolum miſſas audiẽtes. ſꝫ
etiã digne hoc ſacrm̃ ſumentes.
poſtea recidiuant in pctm̃. Quõ
ergo effect⁹ hui⁹ ſacramẽti eſt p̃
ſuatio a pctõ? Rñdetur ſm eũ
dem Tho. ꝙ effectus hui⁹ ſacra
menti recipit̃ ſcd̃m ꝯditõꝫ hoĩs
ſicut vl'r cuiuſlibet cãe actiue ef
fectus ſuſcipit̃ in materiã. ſcd̃m
ꝯditõem materie. Hõ aũt habꝫ
liberꝝ arbitriũ qd̾ ex ſua ꝯditõe
p̄t flecti ſaltem in via ad bonum
et malũ. et id̾o ſacrãmentũ ita p̃
ſuat a pctõ vt tñ liberꝝ arbitriũ
ac peccandi poſſibilitatẽ nõ au-
ferat. Vñ qui gratie ſacramẽti
ꝯſentire nõ vult. põt ſe auerte-
re in pctm̃ recidiuare. Sic̃ ⁊ p⁹
caritatẽ hĩtam. etiã q̃ntũcunqꝫ
intenſam. tñ nõ ꝯſumatã. qd̾ dr̃
ꝓpter caritatẽ patrie. poteſt hõ
ex ꝟtibilitate ſui arbitrij cõtra
caritatis inclinatõem peccare. ⁊
ita caritatẽ ĩpam amittere

¶ Nec ſolum pctm̃ remittit vt
ſacrificiũ. ſed etiã pcti penã. ne-
dum viuentib⁹. ſed etiã defun-
ctis. ꝓ quibus offertur. Sicut
de hoc quo ad defunctos clariſ
ſime loquũtur. Aug⁹. in enche.
et beat⁹ Grego. 4. libro dyal'. ⁊
Mgr̃. diſ. 45. libri. q̃rti. Ex q̇-
bus manifeſte colligitur ꝙ in-
ter om̄ia genera ſuffragioꝝ que
defunctis impendi valent. nul-
lum efficacius ſacrificio eucari
ſtie in officio miſſe ad liberatõꝫ
animaꝝ a pena purgatoria. Qd̾
q꞉ verum eſt de defunctis. quan
to magis locum habet in viuis?
Vñ habꝫ ꝯſuetudo eccleſie. In
iungere celebratõem miſſaꝝ. ꝑ ſe
vel alios. vel etiã auditõem miſ
ſaꝝ in ſatiſfactiõem ꝓ peccatis.
Per quid em̃ efficaci⁹ pena poſ
ſet dimitti. aut que ſatiſfactio
efficacioꝛ adhiberi poſſet ꝓ pec
catis. q̃ꝫ ſatiſfactio xp̃i ꝑ paſſiõꝫ
ſuam et mortẽ in cruce. cui⁹ vir-
tutem ꝑticipant hij pro q̇bus in
miſſa chriſtus offertur in memo
riam eiuſdem paſſionis. Quia
etiam vt dictum eſt oratio inter
oꝑa ſatiſfactionis numerat̃. nec
ſit oratio efficatioꝛ officio miſſe
manifeſtũ eſt ꝑ eucariſtiã vt ſa-
crificiũ deleri ſeu remitti penam
Hinc petit̃ in canone. libera nos
ab omnibus malis. p̃teritis. pre
ſentib⁹. et futuris. Que ſũt ma
la p̃terita. a q̇bus liberari peti-
mus. non peccata. qm̃ aut iã di-
miſſa ſũt. et ita ſuꝑfluũ eſt ꝓ eoꝝ
dimiſſione orare. aut nõ dũ ſũt
dimiſſa. et ita nõ ſũt p̃terita ſed

ad huc quo ad reatū preſentia.
Sunt ergo mala preterita pene
peccatorū dimiſſorū. que ꝓpter
pterita peccata nobꝫ manēt Si
militer mala futura intelliguntˀ
nō tantū mala culpe. ſed ꝛ pene
Ideo dicitˀ ab omnibus malis.
Ad idem ꝑtinet qđ ſequitˀ. Et a
pctō ſimus liberi. et ab omni ꝑ-
turbatōe ſecuri. vt primū ad cul
pā. ſcđm referatˀ ad penā culpam
cōſequentē. ¶ R Ex illis pn̄t
elici due doctrine. Prima licet
fructus eucariſtie efficacior ē vt
eſt ſacr̄m. ē tn̄ generalior vt ſacri
ficium. Patet p̄mū. q2 vt ſacr̄m
ſolū opatˀ in ſumentibꝫ ipm. ſed
vt ſacrificiū effectū habet in om
nibꝰ ꝓ quibus offertˀ. Offertur
aūt nō tantū ꝓ ꝑticipantibꝰ per
ſumptōem. ſed etiā ꝓ circūſtan-
tibus omibꝰ imo ꝛ abſentibꝰ. vi
uis. et defunctis. Verū quia ſpͤ
et p̄ncipaliter ꝓ participantibꝰ
offertur. vt patet ex forma cano
nis vbi dr̄. vt q̄tquot ex hac alta
ris ꝑticipatiōe ꝛc̄. vt ſupra alle-
gatū eſt. Ideo in illis habet du-
plicem effectū. ſcꝫ vt ſacramentū
et ſacrificiū. in ceteris vero tan-
tū vt ſacrificium Scđm. licet
pctōres arceantˀ a ꝑceptiōe euca
riſtie. non tn̄ ab auditione miſſe
Patet quia vt dictū eſt eucari-
ſtia offertur etiā ꝓ peccatoribus
vt iuſtificentˀ. non ſic datur pec-
catoribꝰ. Ideo peccatoribꝰ etiā
non cōtritis nec in peccatis ſuis
que ꝯtinuāt diſplicentiā hn̄tibꝰ
vtile eſt freq̄nter aſſiſtere miſſe
officio. ac ꝓcurare vt ꝓ eis offe-
ratur. quatinꝰ ſic a dn̄o merean
tur miſericorditer reſpici atqꝫ ad
peccatorū ſuorū diſplicētiā quā
nōdum habēt inſpirari. Niſi a-
deo deſperati forēt. vt gratiam
cōtritōis ſibi dari nollent. Si
eni fides mittentiū paliticū per
tegulas an̄ dn̄m palitico ſubue-
nit vt ꝑfectā ꝯſequeretˀ ſanitatē
vt habetˀ Luce. 5. ca. Quātoma
gis hoc ſacrificiū. in quo xp̄c of-
fert principaliter. ꝛ ſacerdos ex
ꝑſona totiꝰ eccl'ie miniſterialiter
Hec de primo effectu eucariſtie
vt ſacrificiū. qui eſt remiſſio pec
catorū. ¶ S De ſcđo effectu
q̇ eſt ꝯſeruatio hoīs in ſtatu gra
tie. dicetˀ ſtatim infra cū de ipſo
tractabitˀ vt eduliū. Et de tercio
qui eſt ꝑfecta vnio cū deo. ꝛ per
hoc apertio regni. dicetˀ cū de ip
ſo tractabitˀ vt ē cōmuniōis vin-
culū. ne idem ſepiꝰ cōtingat repe
tere. Sicut eni eucariſtia eadē
eſt licet diuerſimode conſideretˀ.
ita etiā nōnunqꝫ coincidūt effe-
ctus eius etiā ſm diuerſas conſi
deratiōes. vt ꝑtim iā patuit de
pcti remiſſiōe qđ remittit nō tm̄
vt ſacrificiū. ſed etiā vt refectio
nis eduliū. Et tm̄ de illo vt ſa-
cramētū illud inſtitutū ē in ſacri
ficiū q̄ꝫuis aliq̄ ſint tacta q̄ reſpi
ciūt etiā aliā ꝑtē vt inſtitutū ē in
ſacr̄m ꝛ cibū. quā ꝑtē habes late
diſcuſſā in canonis expoſitione
lec. 85. ꝛ. 86. vide ibi diffuſius.

¶ In dedicatione templi
Sermo. I. in oꝛ. XLVII.

Die qua
erectū eſt taber
naculū. operuit
illud nubes Nūeri. 9. A
¶ Feſtū magnū. ſpūali gaudio
plenū. multiplici qꝫ nobꝫ cauſa
venerandū. a pijs hodie ſuſcipi
tur mētibꝰ deuotiſſime celebrā
dum. Feſtū vtiqꝫ erectōis taber
naculoꝝ. nō tale quale iudei cele
brarunt Iſti nanqꝫ ſicut eis pce
ptum fuerat Leuiti. 23. ſeptem
dies ſolēnes in tabernaculis ex
tra tecta ſubfrōdibꝰ pulcraꝝ ar
boꝝ et virgultoꝝ agebāt. in me-
moriā ſue eductōis de terra egi
pti ꝑ deſtum. in quo ānis. 40.
in tabernacul. celeſti cibo in va
rijs mirabilibꝰ a domio educā
ti. cum moyſe dei famulo habi-
tabant Nos autem illoꝝ taber
naculoꝝ feſta ꝑcolimꝰ. que dn̄s
erigere. ſpūſſancti nube ſanctifi
care. ac ſibi ipſi placens habita-
culū dignatꝰ eſt ꝯſecrare. q̄ ꝑ ta
bernaculū a beſeleel manufactū
ꝑ moyſen erectū. fcata ſunt. de
q̄ ad lrām loq̄tur nr̄m thema.
¶ Sunt autē tabernacula ſibi
a dn̄o in habitatoꝝ erecta dupli
cia. Unū materiale. templū ſcꝫ
lapidibus ligniſqꝫ extructū. ad
cultum dei in oratiōibꝰ ⁊ hīnis.
in pſalmo ⁊ voce exultatōꝫ ac ſa
lutis De quo in pſ. 117. Uox ex
ultatōis ⁊ ſalutis in tabernacu
lis iuſtoꝛum. Aliud ſpirituale.
quod eſt coꝛ humanū ad domi-
num factoꝛem ſuum cōuerſum
De quo poteſt accipi illō Apoc.
21. Ecce tabernaculum dei cum
hominibus et habitabit in illis
Et. 2. Coꝛ. 5. Qui ſumus in h
tabernaculo ingemiſcimꝰ gra-
uati. eo ꝙ nolumus expoliari.
Erectionem huius noſtri taber
naculi materialis. illi tantum ſo
lenniter feſtiuant qui eidem ta-
bernaculo ſunt ꝯiuncti et incoꝛ
poꝛati. Hinc beatus Bern̄. ſ.
pmo de dedicatione ait. Cete-
ras quidem ſanctoꝝ ſolennita-
tes cū alijs eccleſijs habemꝰ cō-
munes. Hec vero ſic nobis eſt ꝓ
pria. vt neceſſe ſit vel a nobis eā
vel a nemine celebrari. De ere-
ctione vero tabernaculi ſpiritu
alis. feſtiuitas eſt cuilibet ſin-
gularis. qui gratulatur ſe tem-
plum chriſti effectū ꝑ ſuſceptio-
nem fidei. et baptiſmatis ſacra
mētū Sicut ſcriptum eſt. Qui
cunqꝫ baptiſati eſtis in chriſto.
chriſtum induiſtis. ad Gal. 3.
Quilibet itaqꝫ dum de ſua ele-
ctione. atqꝫ ſuꝑedificatione ſu-
per angularem lapidem chriſtū
gaudet et in domino gloꝛiatur.
de ſui tabernaculi erectōne ſin-
gulariter feſtiuat ipſe. Omni-
bus autem hijs ex cauſis. nobꝫ
hic concurrentibꝰ feſtiuitas hec
ſolennis eſt. qui gaudemus ma
teriale huiꝰ eccleſie edificium.
⁊ ſpūale coꝛdis nr̄i tabernaculū

a domino erectum. Nec ſolum
erectum. ſed quod ꝑfectius eſt.
nube ſanctificante coopertum.
ſm̄ themat; voces. Die qua ere-
ctum eſt taber. opuit illō nubes
De quibus ꝓ gratia Aue ma.

D Die qua erec. eſt ta. ope
ruit illud nubes. Quamuis deꝰ
omnipotēs nullo loco claudi po
terit aut ꝯtineri. Siquidē duo
bus modis aliq̄d dicitur locale
vel circūſcp̄tibile ſcꝫ vel q2 dimē
ſionem capiens. lōgitudinis. al
titudinis et latitudinis. diſtan
tiam facit in loco vt corpꝰ. Uel
q2 loco diffinitur ac determiat̄.
q̄m̄ cum ſit alicubi. non vbiqꝫ
inuenitur. Qd̄ nō ſolum corꝑi.
ſed etiā omi creato ſpūi ꝯuenit.
Omne ḡ corpus vtroqꝫ mō loca
le eſt. ſpūs vero creatus qdāmō
eſt localis et quodāmō nō eſt lo
calis. Localis quid̄ d2. q2 diffi-
nitōne loci terminat̄. q̄m̄ cū ali-
cubi pn̄s ſit totus. alibi nō inue
nitur. Nō aūt ita localis eſt. vt
dimenſiōem capiens. diſtantiā
in loco faciat Sola ergo diuia
eſſentia oīno inlocalis eſt et in-
circūſcriptibilis. q̄ nec locis mo
uetur aliq̄mō. ſcꝫ vel determina
tōne finita. vel dimenſiōe ſuſce-
pta. hinc Augꝰ. ⁊ allegat 2 P gr̄
vbi s̄. Deus vbiqꝫ eſt. cui nō lo-
cis ſed actōibꝫ appropinq̄mꝰ Et
iterꝝ 2 P gr̄ vbi s̄. Deus vbiqꝫ eſt
in omni creatura. eſſentialit̄. po
tentialiter. ⁊ p̄ſentialiter. ſiquid̄
ꝑ Diere loq̄tur. Celū et terram
ego impleo. 23. ca. et Iſa. c. 40.
Celum metitur palma. ⁊ terram
pugillo ꝯcludit. q̄ tractās Gre.
omel. 17. in Ezech. ait. Ipſe eſt
interior omibꝰ et exterior. Ipſe
inferior et ſuꝑior. Regendo ſu-
perior. portando inferior. replē
do interior. circūdādo exterior.
Sicqꝫ eſt intus vt extra ſit. ſic
circūdat vt penetret. ſic preſidet
vt portet. ſic portat vt p̄ſideat.
Nam qui omia implet intus eſt
qui celū palmo. terram pugillo
claudit. exterius ſuꝑius. et infe
rius eſt. Quāuis itaqꝫ vbiqꝫ exi
ſtens. nullo claudi poſſit loco.
d2 tn̄ ſpecialiꝰ eſſe in q̇buſdam ⁊
excellentiꝰ. in q̇bus excellētiora
bonitatis ſue opa oſtendit. vn̄
Augꝰ in epl'a ad Hieronimū de
origine aīe. Per omēs ꝑticulas
corꝑis. aīa tota adeſt ſimul. nec
minor eſt in miorībꝰ. nec maior
in maioribꝫ. ſed tn̄ in alijs inten
ſiꝰ. in alijs remiſſius opatur. cū
in ſingulis ꝑticulis corꝑis eſſen
tialiter tota ſit. Ita ⁊ deus cum
ſit in omibus eſſential'r ac totꝰ.
in illis tn̄ plenius eſſe d2. quos
inhabitat in q̇bus ita eſt. vt fa-
ciat eos templū ſuū. Et augꝰ ad
dardanū in li. de p̄ntia dei. Cū
deus ſit natura incorꝑea ⁊ incō
mutabiliter viua. eterna ſtabili
tate in ſe manēs. totus adeſt re-
bus oibus et ſingulis totus. ſed
in q̇bus habitat. habent eum ꝓ
ſue capacitatis diuerſitate. alij
amplius. alij minus. quos ipſe

ſibi dilectiſſimū templū. gratia
ſue bonitatꝫ edificat. Habitat
aūt eternal'r in pr̄e luce inacceſſi
bili. lux ipſa de luce. filius de pa
tre. ſicut ait Joh. 14. Ego in pa
tre et pater in me eſt. Ex tpe aūt
in electis ⁊ iuſtis. angelis ⁊ hoi-
bus. placuit inhitare. In celo q̇
dem tanq̄ꝫ in ſede quietꝰ. In ter
ra tanq̄ꝫ in tabernaculo ꝑegrinꝰ
hinc Iſa. 66. dr̄ Celum mihi ſe
des ē. terra āt ſcabellū pedū me
orū. In ſede q̇eſcitur. In terra
pedibus ambulat. exponit mgr̄
vbi ſup̄. q2 in electis qui ſunt ce
lum. habitat deus ⁊ regnat qui
eiꝰ volūtati deuoti obtempant
Malos vero qui ſunt terra. iu-
dicij diſtrictōne calcat. De iſto
dr̄. Thronꝰ tuus deus in ſc̄l'i.
Ps̄. 44. et ad Heb. 1. De hac
aūt dictū ē moyſi Loquor filijs
iſrael. vt faciāt mihi ſanctuariū
et inhabitabo in medio eoꝝ iux
ta oēm ſimilitudinē tabernacl'i
qd̄ oſ̄dam tibi. Exo. 25. Thro
nus aūt vel ſedes imobilis eſt et
q̇ete poſſidet. Tabernaculū aūt
firmū nō eſt. ſed cū tranſmigrā
te tranſmigrat. atq̄ꝫ viatores et
pugnātes milites. velut tentori
um in itinere. a moleſtꝫ qualita
tibus aeris defendit. Eſt tm̄ in
eis. nō quies. ſed labor ⁊ pugna
Ait em̄ Bern̄. ſ. 4. de dedicati
one In tabernacl'is gemitꝰ pnie
In atrijs guſtus leticie In do-
mo ſacietas gl'ie. ſm̄ illud. Bti
qui habitant in domo tua in ſe
culum ſeculi laudabūt te ¶
Verū q2 dictante eterne legꝫ
ſue iuſticia. neminē inhabitat ꝑ
gloriam in patria. quē nō inha-
bitauit ꝑ ſanctificantē gr̄am in
via. vt nos a ſe alienatos. exu-
les. miſeros. et errantes. taber-
cula ſua efficeret in via. ac ſan-
ctificaret. dignatꝰ eſt illud figu
rale ve. te. tabernaculum ꝑ moy
ſen erigere. et ꝓpiente nube ſan-
ctificare. Et in no. te. mat'iales
eccleſias. impenſis fideliū fabri
catas. ꝑ manꝰ pontificum vncti
onibꝰ ſacris dedicare. ad ſigni-
ficandū ꝑiter et prepandū fide
lium corda. quatinꝰ ipſa taber-
nacula fierent. dn̄m ſuſceptura
De quolibet igit' breuiter aliq̇d
dicendū Sed ṗmū de materia
li. Scd̄o de ſpūali. ☞ ¶
Erectū eſt itaq̄ꝫ nobis taber-
naculum illd̄ quod eſt materia-
lis eccleſia. Cuius ꝯſecratōis fe
ſtum. et ſi nō ſolēnizat vl'is ec-
cleſia. omēs tn̄ huc ꝯcurrētes ac
gr̄am eius ꝑticipātes. maxie āt
inhabitantes feſtiuant. deo de
tāto munere gr̄as referētes An
ꝑuū putandū eſt munꝰ. taberna
culi huiꝰ erectio. qd̄ oibus huc
venientibꝰ ſpectaculū eſt ſalutis
aſilum refugij intutꝫ. fortaliciū
terribile verſutis. Hec em̄ tria
olim repta fuere in ve. te. taber-
naculo. ſꝫ longe pleniꝰ ⁊ ꝑfectiꝰ
in no. te. vn̄ ⁊ recte eidē taberna
culi nomē cōicant. Siquidem
tabernaculum moyſi. Fuit ⁊c̄.

# In dedicatione templi

¶ Cunctꝭ intuētibꝰ grande ſpectaculū. qꝛ auri ⁊ argenti. tabularꝫ ac cortinarū. gēmarꝫ ac lapidū erat ꝯpoſitione admirabili et artificioſiſſima ꝑcioſum vt habetur Exodi. 25. et in ſequētibus.

¶ Aſilū cunctis afflictis. eo ꝙ in illo dominus reſponſa dabat. Dubia diſſoluens. vota ſupplicum. audiuit. petita concedēs hoſtias legales accepit.

Fuit peccata relaxans. vt patet ex diſcurſu librorum legalium.

¶ Terribile fortalicium inimicis. Nam in eo continebatur archa federis. que dum circumgirauit hiericho muros eius proſtrauit. Que allophilos terruit et plagauit. 1. Re. 5. Propter quod cū moyſes ꝓfecturus eam eleuābat. dixit Exurge domīe et diſſipentur inimici eiꝰ et fugiant qui oderunt te a facie eius. Numeri. x

¶ Eſt quidem hoc noſtrum templum materiale. cuiꝰ dedicationem feſtiuamus dignum ammiratione ſpectaculū. ꝓpter laudes et cantica deuotorum. ꝓpter doctrinā picturas ⁊ libros vtrorumqꝫ teſtamentorum. ꝓpter pacem diſciplinam et concordiam miniſtrorum. Eſt intutis refugij aſilum. propter frequētiam orationū. ꝓpter gratias ſacramentorꝫ. ꝓpter indulgētias remiſſiuas peccatorꝫ Eſt deniqꝫ terribile demonibꝫ fortaliciū. ꝓpter reliquias ſanctorum. ꝓpter cuſtodias angelorum. ꝓpter chriſti ſacramentalem pſentiā. et preſidia patronorum Que modo ꝓſequi ac auctoritatibꝰ ſcripture demonſtrare tempꝰ non patitur. Sufficiat vel cōmemoraſſe. ne ipſum cōtaminantes domino pro tot ingrati beneficijs. et nobis ipſis damnoſi. et inutiles arguamur.

¶ Ne ſi adhuc templum hꝰ domini maledoctus chriſtianꝰ paruipendat. ipſum reuereri diſcat ex figura veterꝭ teſtamenti. et zelo chriſti. Figurale templū in vete. teſta. non potuit ingredi manſer. nec imūdus. nec quomodolibet irregularis. ſed nec populꝰ niſi in atrium. in ſancta quidē igrediebanꝫ ſacerdotes. ſed tantum pōtifex ſummus in ſancta ſanctorūꝫ et hoc ſemel in anno. Si hec ita ſe habebāt in tabernaculo figurali. in quo nō erat niſi arca federis. cōtinens legis tabulas. manna. et virgā aaron. Quid de noſtro tabernaculo. in quo corꝑaliter continetur chriſtus cum ceterꝭ ſupradictis? Deniqꝫ frequenter dominus predicans peccatores et peccata q̄ntūlibet grauia verbo

arguit. ſolam templi ſui. dom⁹
dei. iniuriam non ferens. verbo
ementes et vendētes dure velut
latrones increpauit. et facto de
reſticulis flagello. zelo patrꝭ ac-
cenſus. de templo extirpauit.
nummularioꝝ menſas et es ſub
uertit. Et certe que vendebanꞇ
ad dei cultum ꝑtinebant. qm̄ in
templo offerebantur. ſed nec in
ſancta aut ſancta ſanctoꝝ. ſꝫ in
atrio ante templũ vendebanꞇ.
vt dicit Lyra ſup Johem caº. 2
Et clarius ſup Matt. c. 2j. Le
ge et relege totum euangelium.
non inuenies aliquando ꝓ quo
cunqꝫ maximo crimīe ſimile ali
quid dominũ egiſſe. Unde in-
telligant. mercatores. cauillato
res. vani homines. ſui oſtenſo-
res. quantum domino diſplicēt
templum ſuum ꝓphanantes. et
diſcant tandem venerari domī
tabernaculũ. tantis ſanctificati
onibus dedicatum. ne eiecti ali
quando ꝑ domini ſententiā. pe-
reant cum tabernaculis impioꝝ
et tantũ de ꝑmo breuiſſime.

☞ ¶ F Circa ſcdm̄ taberna
culum ſpũale patet aliquomō ex
dictis. ꝙ ꝑmũ tabernaculũ ïdo
a deo erectũ eſt. electum ⁊ nube
operiente ſanctificatũ. quatinus
per hec nos preparati. exhibere
mur ſpiritualia domino taber-
nacula. in quibus ipſe habitare
per gratiam dignaretur. ¶ Et
hoc quidem ꝑ omnē modum eſt
nobis neceſſarium. Quia niſi
chriſtus habitet in nobis. chri-
ſtianũ nomen in nobis vacuum
et inane eſt. Neqꝫ em̄ albus eſt
in quo non eſt albedo. neqꝫ cali-
dus qui calore caret Ita chriſti
anus nō eſt. qui nō habet habi-
tantem in ſe chriſtũ. Hinc quo
qꝫ Apoſtol⁹ loquens omnibus
chriſtianis ait. Uoſmetipſos
tentate. ſi eſtꝭ in fide chriſti vos
ꝓbate. Et quomodo ꝓbent ſta
tim adiũgit cum dicit. An non
cognoſcitis voſmetipſos. quia
chriſtus ieſus in vobis eſt. niſi
forte reprobi eſtꝭ. 2. Coꝝ. 13. Ec
ce ꝓbatio eius. ꝙ q̇ſq̇s in fide
formata xp̄ianus eſt. eſt inhabi
tatio chriſti. quē qui non habet
reprobus erit. Auertat a nobis
id dominus. quia qui reprobus
eſt. et ita non tabernaculũ chri-
ſti. eſt tabernaculum dyaboli.
quia quos reprobat chriſt⁹ poſ
ſidet dyabolus Hīm enim ini
quorum caput eſt. et huius capi
tis membra ſunt omnes iniqui.
ait Grego. omel'. 16. Sicut xp̄c
iuſtorum. et Job. 41. dicitur. ꝙ
ipſe eſt rex ſup oēs filios ſupbie
His āt reprob⁹ inter filios ſup
bie ↄputaꞇ Et q̇d de illis ꝑ btm
Job. c. 20. dicīꞇ audiam⁹ Deuo
rabit inquit eum ignis qui non
ſuccendeꞇ. affligetur relictus in
tabernaculo ſuo. Suum dicīꞇ.
quod non domino ſed ſuis con
cupiſcentijs ſeruire coegit.
S ¶ Ne itaqꝫ ſim⁹ tabernacl'a
maligni. cũ eo igne inextinguibili

cruciā di. curem⁹ eſſe tabernacu-
lū xp̄i cum eo ſine fine regnaturi.
Quō id erim⁹. Primū eſt vt eri
gamur ad dn̄m ꝓpoſito atq̄ mē
te. qd̄ ſi fecim⁹ appropinquabit
et ipe noſtre habitationi. Appro
pinquate deo. ait Jaco. c. 4. et
appropinquabit vobis. Sic em̄
die qua erigit̄ tabernaculū ope-
riet id nubes domini. Ad hoc ꝑ
ſingl'os dies vocās eccl'ia Sur
ſum corda inquit. Utinā vere re
ſpōderemus. habem⁹ ad domi-
nū. Pino ait auguſtin⁹ ſ. 29. de
verbis euā. nō fruſtra audiam⁹
ſurſum corda. Quid eni ponim⁹
coꝛ in terra. cū videam⁹ qꝛ euer-
titur terra. Et ſer. 63. catholica
ait germina. mēbꝛa xp̄i. cogitate
qualē patrē iueniſtis xp̄iani. Co
gitate que vobis hereditas pro-
mittat̄. non ad p̄ſentis tpis bo-
na vos factos xp̄ianos. Sȝ ad
futura que deus promittit.
Propter hoc etiā rectū fecit ds
hoiem etiā corpe ipſo ait. Bern̄
ſmōe d ſancto Martino. et os
homi ſublime dedit. cum prona
vtiq̄ȝ ſpectent cetera animātia
terram. vt attollens ad ſydera
vultus. illo ſuſpiret. vbi tam be
atā et ꝑhennē ꝯſpicit manſiōem
Et Boe. mc. vlt. 5. Unica gens
hoim celſum leuat altius cacu-
men. Atq̄ȝ leuis recto ſtat corpe
dſpicit terras Hec (niſi terren⁹
male deſipis) admonet figura.
Qui recto celū vultu petis exe-
riſq̄ȝ frontem. In ſublime feras
animū quoq̄ȝ. ne grauata peſſum
Inferioꝛ ſidat mēs corpe celſius
leuato. Snia ē ouidij. j. metha-
moꝛ. Bo. et Bern̄. Ecce primū
eſt erectio cordis noſtri ad deum
per deſideriū eternoꝝ. ¶ H
Deinde inueniat̄ in nobꝫ. quod
in tabernaculo ve. te. deſignat̄.
Ibi em̄ in loco digniori arca in-
ter cherubin collocata ꝯtinebat
tabulas ac librū legis. vrnam au
ream māna plenā. ⁊ virgā aaron
Sit ergo in digniori noſtri ta-
bernaculi ꝑte. hoc eſt rōnali re-
ctitudo inflexibilis fidei. ꝑ vir-
gam ſignificata. que in teſtimo-
niū veritatis ꝯtra icredulos flo-
ruit fronduit ⁊ nuces produxit.
Sit firmitas ſpei ad futura cō
ſequēda bona. ſuꝑ omnē dulce-
dinē delectabilia. per māna i vr-
na aurea ꝯtentū denotata Sit
ꝓmpta volūtas ꝑ caritatē diui-
nis obediens p̄ceptis. in tabulis
et libro legis deſcriptis. quoꝝ ſi
alteꝝ defuerit. non niſi falſo ta-
bernaculū dn̄i dici poterim⁹. ſi-
cut nec chriſtiani Nō em̄ ſufficit
fides ſine ſpe. neq̄ȝ vtrumq̄ȝ ſine
operāte caritate. Audite de hoc
btm̄ auguſtinū in li. de vita xp̄i-
ana multa loquentē. Qui xp̄ia-
nus inquit dicit̄. chriſtū ſe habe
re dn̄m ꝓfitetur. Et vere habet
ſi ei in omnib⁹ obſequat̄ ⁊ ſerui-
at. Si quo minus chriſti ille nō
famulus ſed ſubſānatoꝛ eſt ⁊ ir-
riſoꝛ. qui ei⁹ ſeruū ſe dicit cui ſer
uire diſſimulat. Huic ergo iudi

ciū geminū reſeruat᷑. ꝛ ꝑ dei ſub
ſānatiōe quē ſine cauſa deū ap-
pellat. Et ꝑ qualitate pcti. Ni-
mis inſanū eſt. min⁹ revereri ma
ieſtatis dn̄m ꝙ quēcunq̫ hoīem
viliſſimū. Quis dn̄m ſuū vocat
aut ſub tecto alteri⁹ iacet vel ꝑ
pua mercede ſeruit. cui⁹ non pre
cepta et monita ſaltez ꝑ magna
pte cuſtodiat? Soli⁹ dei. ſūmi
dn̄i. ſub cuius ꝓtectiōis vmbra
viuim⁹. qui omnia nobis dedit
et maiora ꝓmiſit. vniuerſa p̄cep
ta etiā que grauia non ſunt pro
nihilo violant᷑. Nolite vos pu-
tare xp̄ianos cōtra diuinam le-
gem viuētes. Quis em̄ tam va-
nus et miſer eſt ait aug⁹. vbi ſu-
pra. qui aduocatū ſe. cū lr̄as ne
ſciat audeat ꝓfiteri. Quis tam
inſanus et excors. vt ſe profitea
tur militē. qui neſcit arma geſta
re. Nemo eni q̇dcunq̫ nomē ſi-
ne cauſa ſortit᷑ Sutor vt dicat᷑.
neceſſe eſt vt calciamēta cōfici-
at. vt vocet᷑ quis faber aut ſar-
tor. artis ꝑicia facit. Hmōi eni
exemplis agnoſcimus. nullū ſi-
ne actu nomen ſed omne nomen
ab actu. Tu ergo quō xp̄ian⁹ di
ceris i quo xp̄iani actus non ap-
parent? Et infra xp̄ianus ille eſt
qui vitam xp̄i ſeq̄tur. qui xp̄m
in omibus imitatur Sicut ſcri
ptum eſt. qui ſe dicit in xp̄o ma-
nere. dȝ ſic ille ābulauit et ipſe
ambulare. Xp̄ianus eſt qui deo
die noctuq̫ ſeruit. qui eius pre
cepta indeſinent᷑ meditat᷑. et co-
gitat. cui⁹ omnis ſpes in xp̄o eſt
qui celeſtia potius ꝙ terrena de
ſiderat. qui humana ſpernit vt
poſſit habere diuina Nemo igi
tur ſe decipiat. Nemo ſe ſedu-
cat. niſi quis terrena deſpexerit
diuina non capiet. niſi humana
ꝯtempſerit. nō poteſt poſſidere
celeſtia. Niſi quis iuſtus fuerit
vitam non habebit. Niſi q̇s in
omnib⁹ xp̄i mādata ſeruauerit.
ꝑtem nō poteſt habere cum xp̄o
Nec quiſq̄m xp̄ianū ſe iudicet.
niſi qui doctrinam xp̄i ſequitur
et imitatur exemplū. Quid
ergo cariſſimi de impudicis ac
publicis mandatoꝝ xp̄i tranſ-
greſſoribus Num illi xp̄iani pu
tandi ſunt. in q̇bus nullus xp̄ia
nitatis actus. in q̇bus nulla cō
uerſatio iuſticie eſt. ſed nequitie
impietatis et ſceleris. qui oppri
mit miſerum. q̇ paupem grauat
aut res alienas ꝯcupiſcit. qui ſe
vt diuitem faciat. plures facit
egentes. qui lucris gaudet iniu
ſtis. cui⁹ os aſſidue violatur mē
datio. cuius labia nō niſi indi-
gna et obſcena et ſceleſta loquū
tur et turpia. De quoꝝ nūero ex
cludi nō poterūt. qui in hac ſan
cta feſtiuitate publicas n̄ veret᷑
exercere mercantias ꝛc̄. Exten-
de vt placet et optunitas exigit
tempis et loci Amen.

¶ De eodem Sermo. II.
in ordine. XLVIII.

# In dedicatione templi

SApientia
edificauit ſibi do
mū. Prouer. 9. A
Deſiderata feſtiuitas omibus
tam celeſtis patrie ciuibꝰ. qꝫ ter-
re incolis hodie illuceſcit. que et
ſi illis dulcioꝛ quos ſupne volu
ptatis toꝛrēs inebꝛiat. cōſolati-
oꝛ tn̄ nobis eſt adhuc in pn̄ti ex
ilio ꝑegrinis. Quid ni cōſola-
tioꝛē dixerim aīe deuote ad pa-
triā ſuſpiranti hodiernā feſtiui
tatē. qua ſibi domū itelligit edi
ficatā. in qua ſe recipi. a vitioꝛū
ruina ſuſtentari. a caumatibus.
frigoꝛe. pluuia. et imbꝛibꝰ. ho-
ſtiumqꝫ impugnationibꝫ defen-
ſari. et de hac ſecure in et̄na gau
det tabernacula ſublimari? q̇d
eni illoꝝ deficeret domui. quam
ſapia edificauit. Nā licꝫ domꝰ
quā ſultus edificat. illiſo illi flu
mine. deſcendēte pluuia. irruen
tibus vētis cadit. fitqꝫ eiꝰ ruina
magna. vtputa ſuꝑ volubilē are
nā fundamētū debile fundata.
Nihil tn̄ hoꝝ timendum eſt do
mui quā ſapia extruxit. Illa in-
quā ſapia. que a fine ad finē at-
tingit foꝛtiter et diſ. o. ſuauiter
Sap. 8. Fundat eni ſupꝛa fir-
mā petram. et colūnis. 7. impu-
tribilibꝫ ſuſtentat. ¶ Dicis foꝛ
te. talē domū ſapiam ſibi edifi-
caſſe ſalomon cōmemoꝛat. quid
vero id nobis. cū ſcriptū legimꝰ
Stultꝰ factꝰ eſt oīs hō ab ſcien
tia ſua. Hiere. 10. Sed memoꝛa
ri oꝑtet. ꝙ huiꝰ edificatricis ſa-
pientie delicie ſunt eſſe cū filijs
hoim. Prouer. 8. Idcirco etſi ſi
bi. nō tamē ob ſui indigentiam
(cui celū ſedes ē. terra aūt ſcabel
lū pedū eius Iſa. 66. ſed ꝓpter
nos) domū edificauit. ac colū-
nis.. 7. firmauit. quatinꝰ inibi
recipemur cū eo habitaturi Si
cut de ea ſapie amatoꝛ ſcribit.
Apo. 27. Ecce tabnaculū dei cū
hoibꝰ et habitabit cū eis. Q ſi
ꝑgis q̄rere. ⁊ que eſt domꝰ hec tā
firmis inixa colūnis ab oī caſu
ſecura? Hᵒ ni falloꝛ ē catholica
eccleſia. teſte aplo ad Thimo. 3.
Scripſi tibi vt ſcias quō te in
domo dei opoꝛteat ambulare. q̄
eſt eccleſia dei viui. colūna et fir
mamentū veritatis. Huius do
mus edificatiōem hodie in hoc
templo ſolēniter ſicut dignum ē
celebꝛamus. qm̄ ſanctā eā foꝛe ꝑ
fectam firmā et omni cultu cele-
berrimā nemo dubitat. qui hāc
eſſe domū meminit. quā ſapien
tia cuius perfecta ſunt oꝑa edi-
ficauit. et. 7. in ea columnas ex-
cidit ꝑ gratia Aue maria.
B Videdū ṗmo. quō et qua
neceſſitate ſapientia eccleſiā ſibi
edificauit. Scdo quibus colū-
nis firmiter ſuſtentauit Ex qui
bus cetera que dicta ſunt pate-
būt ſatis ¶ Sed nunc de ṗmo
ſolū. ¶ Quantū ergo ad primū
Deus excelſus. fontale oim rex
pꝛincipiū. poſtqꝫ ab eterno. ꝑ in-
finita potentialis tꝑis ſecula. ſo

lus nullo creaturaꝝ exteriori ſti
patꝰ agmīe. in ſeipo habitās. in-
effabilis ac iocundiſſime. trium
eiuſdem deitatis pſonaꝝ imēſo
frueret gaudio in ſeipo. et de ſe
ipſo naturaliter beatus. voluit
etiam tandē bonitatē ſuā ad ex-
tra diffundere. ac btifice cōica-
re In pncipio tpis creaturā ra-
tionalē angelicā et humanā pro
duxit (vt tangit mgr di. 21.) ſue
btitudinis qua eternaliter bea-
tus eſt capacē. quatinꝰ eā inha-
bitaret. et ſibi ſeipm cōicando
btificaret. Ipſa quoqꝫ rationa-
lis creatura eum intelligeret. in
telligēdo amaret. amando poſſi
deret. et poſſidendo frueret. In
quibus pficeret rationalis crea
tura. nō deꝰ. q pfectus ⁊ ſumma
bonitate pleniſſimꝰ. nec pōt mi-
nui nec augeri. Hanc aūt pdu-
xit imortalē ſi vellet. pfecta i na-
turalibꝫ. et ab omnis peccati cō
tagio innocentē. Sed pchpu-
dor ſuo creatori ingrata. et acce
pte btitudinis impaciēs. dū ſuū
habitaculū tumore ſupbie feda
uit. inhabitatorē ſuū. dn̄m ⁊ cre
atorē a ſe repulit. ⁊ hunc repel-
lendo ſeſe pdidit. ⁊ a ſuo corru-
ens principio. morte ppetua ſeſe
cōdemnauit. Collapſa itaqꝫ do
mo prima. miſericors dominus
qui in ira ſua miſericordias non
continet. relicto apoſtata ange-
lo. qui nullo inſtigante. ſed pro-
pria malicia peccauerat. aliā de
homine qui ſerpentis ſuggeſtio
ne ceciderat) domū edificare ce-
pit. occulta et miſericordiſſima
ſua ſapientia. cuiꝰ fundamentū
et lapis angularis ipe eſſe voluit
Sicut ſcriptum eſt. fundamen-
tum aliud nemo ponere poteſt p
ter id quod po. ē. qd ē xps ieſus
1. cor. 3. Et ad eph. 2. Sūmo an
gulari lapide xpo ieſu. i quo om
nis edificatio ꝯſtructa creſcit in
templum ſanctū in domino. Et
glutino ſui ſanguis. ptes eiꝰ. vi
uos ſcꝫ lapides. ſibi ipſi ⁊ inter
ſe copulauit. quā inhabitaret in
via per gratiā. ⁊ per gl'iam in fu
turo. C Domus iſta ec-
cleſia catholica eſt. quā ipſe dn̄s
dum ex toto genere hūano quoſ
dam ſegregatos. a primo ſcꝫ fi-
deli vſqꝫ ad vltimuꝫ in fine mū
di naſciturum in fide mediato-
ris. et ſacramētis ſue benedictiſ
ſime paſſionis ſociauit. p his ſe
obtulit. hos ſua morte libera-
uit. ſuo ſanguine lauit. fide illu
minando. ſua caritate ſanctifi-
cando gl'ificauit. ſicut dt apl's
ad Ephes. 1. Chriſtus ſeipſum
tradidit p eccleſia. vt illam ſan
ctificaret. mundans eam laua-
cro aque in verbo. vt exhiberet
ſe ſibi glorioſam eccleſiam. non
habentem maculam neqꝫ ru-
gam. ſed vt ſit ſancta et imma-
culata. ⁊ Ephes. pº. Gratifica
uit nos in dilecto filio ſuo. in
quo habemus redemptionem.
per ſanguinem eius remiſſio-
nem peccatorum. ſm diuicias

gratie ei⁹. que abundauit in no-
bis. Seq̃tur Inſtaurā re omīa
in xp̃o que in celis. et que in ter-
ris ſunt in ipſo. Sicqꝫ ex fideli
bus q̃s elegit. q̃ſi ex viuis lapidi
bus domū ſibi edificauit. quā ⁊
ſponſam et corp⁹ ſuum eſſe vo-
luit. De domo dr̃ apl's Hebꝛ. 3.
Xp̄c tanq̃ꝫ filius in domo ſua q̄
domus ſum⁹ nos. ſi fiduciam ⁊
gloriā ſpei vſqꝫ in finē retinea-
mus De ſcdo. cū apl's de matri-
moīo locut⁹ fuiſſet ſubdit Sa-
cramentū hꝰ magnū eſt. Ego āt
dico vobis. in xp̄o et eccleſia ad
Eph. 5. De tercio dr̃ idem ad
Eph. 1. Dedit ipm caput ſuper
omnē eccleſiā. que eſt corpus ei⁹
Cui deniqꝫ vt Petr⁹ in. 2. epl'a
.c. i. ait. Maxia et p̄cioſa dona
donauit. vt efficiamini ꝯſortes
diuine nature. fugientes eius q̄
in mūdo eſt ꝯcupiſcētie corrup-
tōem Alioquin ſi in eccleſia ma
le viuitur. precioſa hec vite et̃ne
ꝑmiſſio non adq̃ritur. vt vult
Aug⁹ in de fi. ad pe. ¶ D
Ex his duo poſſunt elici docu-
menta et duo hortamenta. Pri
ma doctrina. Extra catholicā
eccleſiam. cui ꝑ chriſti fidem et
baptiſmū incorꝑamur. ſal⁹ nul-
la. a quoq̃ꝫ poterit expectari Pa
tet attendenti ex ꝑmiſſis. quia
quicquid ſegregatur a maſſa ꝑ-
ditionis. ꝑtinet ad officiū eccle-
ſie. Quod etiā veritas ipſa ap-
tiſſime docet. Joh. 3. dicens ni-
codemo. Niſi quis re. f. ex aq. et
ſpū. nō. p. in. in regnū dei. Sed
nec ſpiritus ex̃ eccleſiā dat̃. Nec
extra eā aqua abluit ſordes pec-
catorū. vt late oſtendit Aug⁹. ſ.
xi. de verbis dn̄i. Item ibidem
Qui non credit. iam iudicatus
eſt. qꝛ nō credit ī noīe vnigeniti
filij dei. In cuius nomīe quiſq̃s
credit. omnimode alienus ab ec-
cleſia non cenſet̃. De quo etiam
Aug⁹. in de. fi. ad. pe. ait. Ad vi
tam eternā accipiendā. nunq̃ꝫ po
teſt eſſe idoneus. qui ab eccleſia
catholica manſerit alienus. In
eccleſia catholica tantummodo
poteſt ꝓdeſſe. et ꝑceptio baptiſ-
matis. et opa miſericordie. et no
minis xp̄i glorioſa cōfeſſio. Ad
idem loquit̃ beatus. Greg. 35
moraliū. c. 12. Catholica eccleſia
ſola eſt. ꝑ quā dominus ſacrifi-
ciū libenter accipit Sola que ꝓ
errātib⁹ fiducialiter intercedit
Sola in qua opus meritorium
fructuoſe peragitur Sola que
intra ſe poſita. ſolida caritatꝭ cō
page cuſtodit. Sola in qua ſu-
ꝑna miſteria veraciter cōtemple
mur. Unde et mercedem dena-
rij. nō niſi q̄ intra vineam labo-
rarūt acceperūt. et aquā diluuij
arcam quidē ad ſublimiora ſu-
ſtulit. omnes autem quos extra
arcam inuenit extinxit. Et hoc
in ſymbolo ꝯfitemur. dum eodē
articulo quo ſanctā eccleſiā ca-
tholicam. etiā remiſſiōem pctōꝝ
ꝯfitemur. qꝛ extra eccleſiam nō
eſt remiſſio pctōꝝ. vñ Greg. 38.

moraliũ. c. 58. exponẽs illꝺ Job
28. Amoꝛ locꝰ eſt in quo ꝯflatur
dicit. Una eſt eccleſia. in qua q̇s
q̇s cõflari voluerit. ab oi etiam
poterit pctõꝝ labe purgari. Si
q̇d ꝑ deo amaritudinis. ſi quid
tribulatõis extra hanc poſiti ſu
ſtinetꝫ. incendi poteſtis tm̄ᵒ. nõ
purgari. ¶ Ex q̄ manifeſtũ eſt
nullũ iudeum. gentilẽ. hereticũ.
ſciſmaticũ. aut varijs ſupſtitõi⸗
bus ꝯtra eccleſie doctrinã teme
re errantẽ. niſi ad eccleſiam redi
erit. vitam ꝯſequi ſempiternam
¶ E Sed ceca miſicoꝛdia q̇⸗
dam durũ hoc iudicant. p̄ſtim
quantũ ad gentiles remotiꝰ egẽ
tes. ad quos etiã fama catholi⸗
ce fidei nõ ꝑuenit. q̇ vtiqꝫ crede
rent ſi p̄dicationẽ audiſſent Ne
qꝫ em̄ credere pn̄t in eũ quẽ non
audierͭt. neqꝫ audire ſine p̄dicã⸗
te Ro. x. Quibꝰ ꝓmũ dici p̄t il
lud apl'i Ro. 9. Nunq̇d ꝺt fig⸗
mẽtũ ei q̇ ſe finxit. cur me feciſti
ſic? An nõ hꝫ poteſtatẽ figulus
luti. ex eadẽ maſſa facere aliud q̇
dem vas in honoꝛẽ. aliud vᵒ in
cõtumeliã? Noli altũ ſape. ſꝫ ti
me Nouit em̄ dn̄s q̇ ſunt eiꝰ. 2.
ad Thio. 2. Uerꝫ ne puteť apud
dn̄m eſſe acceptõꝫ pſonaꝝ. ꝛ nõ
magis. vt petrꝰ ait Act. x. In oi
gẽte q̇ timet deũ. ꝛ opať iuſticiã
acceptus eſt illi. Hoc firmiter
ſtante. ꝙ ſine fide impoſſibile eſt
placere deo Hebꝛe. xj. Dicendũ
ꝙ in facientẽ qꝺ in ſe eſt. non ca⸗
dit culpabilis ignoꝛantia coꝝ q̄

neceſſaria ſunt ad ſalutẽ. qm̄ vt
ꝺt Herſ. in floꝛibus. Spũſſan
ctꝰ talẽ hoiem de neceſſarijs ad
ſalutẽ q̄ vires ſuas excedunt im
mediate docere ꝑatus eſt. vel ſal
tem mittere ꝑ quẽ doceať. Sic
legiť de Coꝛnelio Act. x. Et de
enucho regine candacis Act. 8.
Illi miſit petrum Iſti phillippũ
dyaconũ Criſtinã vᵒ et barba⸗
ram virgines ſm hyſtoꝛiaꝝ fidẽ
imediate ſine humano miſterio
edocuit ꝛ erudiuit Fruſtra g̊ eſt
infideliũ excuſatio. qꝛ facientibꝫ
quod in ſe eſt. deus nunq̄ꝫ defi⸗
cit in neceſſarijs ad ſalutẽ. F
¶ Secũda doctrina. Non
omnes qui intra eccleſiã ſunt fi⸗
de et numero ſalutẽ finaliter cõ
ſequẽtur Nam ad vite ꝯſecutio
nẽ nõ ſufficit xp̄o incoꝛpari fide
niſi etiã ei inhereamꝰ gr̄a. oꝑe. ꝛ
amoꝛe. Nam ſicͭ mẽbꝝ aridum.
membꝝ quiꝺ coꝛꝑis eſt. ſꝫ tanq̄ꝫ
moꝛtuũ nullũ ꝑcipit cũ coꝛꝑe de
lectationis ſenſum Ita qui cre⸗
dit ꝛ non oꝑando diligit. in coꝛ
poꝛe eccleſie eſt. velut membꝛum
moꝛtuum. ſicut Jacobus ait.
fides ſine oꝑibus inanis ꝛ moꝛ⸗
tua eſt. et ideo ſũme ac beatifice
delectationis cũ viuo coꝛꝑe eſt
nullatenus ꝑceptiua Hoc eſt qꝺ
dn̄s ait Joh. 13. Si hec ſcitꝫ. be
ati eritis ſi feceritis ea. ꝛ iacobꝰ
Non auditoꝛ obliuioſus. ſꝫ fa⸗
ctoꝛ oꝑis in facto ſuo beatꝰ erit
Jaco. j. et apl's. 1. coꝝ. 4. Nõ in
ſermone ſed in virtute eſt regnũ

# In dedicatione templi

dei. Et querenti legis doctori
queādmodū regnum dei poſſi-
deret. dum bene ſenſerat in lege
ait dominꝰ. Bene reſpondiſti.
Hoc fac et viues Lu. x. ⁊ Augꝰ
in de fi. ad petꝝ. Intra eccleſiā
catholicam vita eterna non adq̄
ritur. ſi poſt baptiſmū male vi-
uat. Cōprehendit itaqꝫ eccleſia
in p̄ſenti tempe bonos ⁊ malos.
hedos et agnos. reprobos et ele
ctos. ideo compatur arce Noe
in qua animalia munda et imū-
da Aree in qua triticum cum pa
lea. Sagene piſces bonos ⁊ ma
los continenti Numero. x. vir-
ginum. cū prudentibꝰ fatuas cō
prehēdenti. Et nuptiali ꝯuiuio
veſte nuptiali veſtitos et ea carē
tes ꝯplectenti. ☞ B

¶ Nunc ergo cariſſimi magnū
illud et ineſtimabile diuine pie-
tatis beneficium nulla vnq̄ꝫ de-
cordibus veſtris deleat obliuio
quo vocati eſtis. de tenebris er-
rorum ad lumen fidei. de maſſa
pditionis ad cetum electorum.
In domum dei de habitaculo
demonioꝝ. vt veraciter de vobꝫ
dicat aplo͛ꝝ p̄nceps. Vos eſtis
genus electum. regale ſacerdoti
um. gens ſancta. populus adq̄ſi
tionis. vt virtutes annuncietis
eius qui de tenebꝛꝫ vos vocauit
in admirabile lumē ſuum. Qui
aliquando nō populꝰ. nunc aūt
populus dei. Qui aliquando
non conſecuti miſericordiā. nūc
autem miſericordium conſecuti
j. Pet. 2. quia credentes exulta
bitis leticia inenarrabili. et glo
rificata. reportātes finem fidei
veſtre ſalutem animaꝝ. j. Pe. j.
An non miſericordiā ſingularē
conſecuti. qui nullo veſtro meri
to. ſed ſola eius miſericordi boni
tate. de ſtatu damnatōis erepti
illo poſiti eſtꝫ hoc eſt eccleſie ſctē
incorpati. vbi viam rectam eter
ne ſalutis agnoſcere. et redemp-
tōnis fructum ꝯſequi valeatis?
Reuera. Non fecit taliter omī
natōni. et iudicia ſua nō mani-
feſtauit eis. De hoc pulcre. Ve-
nerabilis Hugo in ſuo ſoliloq̊
animā ſuam alloquēs ait Quot
et quales in compatōe tua abie
cti ſunt. qui hanc grām cōſequi
non potuerunt? Certe audiſti.
ab initio vſqꝫ ad hanc diem. q̄ꝫ
multe generatōnes hoīm ptran
ſierunt. que omnes ſine cognitō
ne dei. et precio ſue redemptōis
in interitum ſempiternū dilap-
ſe ſunt Nunq̊d tu fortior Nun
quid ſapientior? Nunquid di-
tior omnibus hijs fuiſti? Quot
fortes. quot ſapiētes. quot nobi
les. quot diuites ibi fuerunt. et
tamen vniuerſi relicti et abiecti
perierūt? Et ne forte tue electio
nis cauſam eſtimes, precognitū
bonum vſum naturalium ⁊ gra
tie pcipiende. Attende diligen-
tius quot abiecti. qui q̄ꝫ excellē-
tius gratia freti fuiſſent. ſatis
probat naturalium bonus vſus
quorum nōnullos philoſophos

ſcꝫ vt Hiero. ad demetꝫ ſcribit.
caſtos. paciētes. modeſtos. libe
rales. abſtinentes. benignos et
honores ſimul mūdi et delicias
reſpuentes. et amatores iuſticie
non minus q̄ꝫ ſcientie audiuit.
vidit. legit. Alienos quidē a do
nature bonum ſectantes. Pre
omnibus hijs derelictis. aſſum
pta es. ait Hugo. Et quare hoc
in te factum fuerit. nullam p̄ter
gratuitam ſaluatoris tui carita
tem inuenire potes Elegit ergo
et preelegit te ſponſus tuꝰ. ama
tor tuus. redemptor tuus. deus
tuus. ex omnibꝰ nomine ſuo vo
cauit te. vt memoriale eius ſem
per eſſet apud te. voluit te parti
pem eſſe in nomīs veritate. quo
niam vnxit te illo quo et ipſe vn
ctus eſt oleo leticie. vt ab vncto
ſit vnctus. qui a chriſto dicitur
chriſtianus Hoc eſt vnde nobiſ
hodie exultandum. vnde nobis
eſt in domino gloriandū Prop
pter qḋ tota animi virtute gra-
tias domino agentes clamemꝰ
cum beato petro. Benedictꝰ dſ
et pater domini noſtri ieſu chri
ſti. qui ſm magnam miſicordiā
ſuam regenerauit nos in ſpem
viuam. in hereditatem incorru-
ptibilem et incōtaminatā ꝯſua
tam in celis. que regeneratō. edi
ficatio eſt. qua nos tanq̄ꝫ viuos
lapides in ſcipſo fundamento ⁊
angulari lapide. ſapīa ſibi edi-
ficauit in domos ſpūales.
☞ D Demum exhortandi
eſtis vt memores ſcḋe doctrine.
caute. obedienter. et ſolicite am
buletis in eccleſia dei. quā ſola
gratia dei introiſtis. Ne hoc ip
ſum quod in eccleſie edificio ſb-
limati eſtis. nō ſit ad ſalutem ꝑ
fectio. ſed ꝓfundior damnatio
quia teſte dn̄o. Tyro et ſydone
terre ſodomorꝝ ⁊ gomorre remiſ
ſius erit in die iudicij q̄ꝫ fideli-
bus pn̄iam diſſimulantibus. qꝛ
melius erat illis nō cognoſcere
viam iuſticie. q̄ꝫ poſt agnitōnem
retrorſum ab ipſo conuerti. 2.
Pet. 2. Et ſeruus qui cognouit
voluntatē domini ſui ⁊ nō fece
rit eam. vapulabit multis Qui
vero nō cognouit et fecit digna
plagis. vapulabit paucis Luce.
.12. Caute ḡ ambulandū eſt. ne
ſeducti. credētes omni ſpiritui
erretꝫ. quia in nouiſſimis tempo
ribus ait apoſtolus. j. Thio. 4.
Recedent quidā a fide. atten-
dentes ſpiritui erroris et doctri
ne demoniorꝝ in ypochriſi. loq̄n
tium mendatium. et cauteriatā
id eſt obſtinatā habentes con-
ſcientiā. Et. 2. ad Thio. 2. Ad
idem loquitur vbi cōcludit. Et
hos de vita. Ideo neceſſe eſt ſpi
ritus ꝓbare ſi ex deo ſint. Hinc
hortat̄ ioh̄. j. Joh̄. 4. Hij āt ex
ḋo ſunt q̇ doctne vl̄is eccleſie (q̄
mater ⁊ magiſtra eſt oīm) ⁊ apo
ſtolice cōſonant. ſicut Johānes
ait. Qui nouit dn̄m audit vos.
q̇ nō eſt ex deo nō audit vos In
hoc ꝯgnoſcimꝰ ſpm̄ veritatis et

ſpm̄ erroris. Et de aplis et eoꝝ
ſucceſſoribus. ait dn̄s Luce. x.
Qui vos audit me audit. et qui
vos ſpnit me ſpnit. et Aug⁹ in
epla fundamēti Euangelio nō
crederē niſi crederem eccleſie
Ambulandū eſt etiā in eccle-
ſia obediēter. et in nullo repug
nandū. omnia quoqꝫ ei⁹ manda
ta cum veneratōe acceptāda ſūt
et implenda. qꝛ qui eccleſiam nō
audit. ſit tibi ſicut ethnic⁹ et pu
plican⁹ ait dn̄s Math. 18. So
licite deniqꝫ ⁊ vigilanter ambu
landū eſt. ſicut Paul⁹ dt Digne
ambuletis vocatione qua voca
ti eſtis Eph. 4. Et ſicut petrus
monet. 2. Pe. j. Satagite vt ꝑ
bona opa veſtra certā vocatōeꝫ
veſtrā ⁊ electōem faciatis. ſic eni
ſcilicꝫ ⁊ nō aliter abūdanter mi
niſtrabit vobꝫ introit⁹ in regnū
dn̄i nr̄i Neō ſeipm vana ſpe (ve
rius vana p̄ſumptiōe) decipiat.
ſibi ipſi blandiēdo d. Credo cre
denda ⁊ baptiſat⁹ ſum. ideo ſm
euangeliū Mar. vlt. ſaluabor.
Nolite errare dt apls. Deus nō
irridet Que. n. ſemiat hō hec ⁊
metet. De carne corruptōem. de
ſpū vitā eternā. bonū āt faciētes
nō deficiā⁹ Dum tps hēm⁹ ope-
mur bonū Gal. 6. Nihil pficit
eſſe in eccia nūero ꝑ fidē. niſi in
ea edificemur ⁊ merito ꝑ carita-
tē dei opantē Nā q diligit. ⁊ ſer
monē di quē i eccla audit i ope
ſuat. hūc pr̄ veniēs cū filio inha
bitat. manſiōꝫ apd eum faciēs.

hūc ſapia edificat ſibi i domū in
pn̄ti. ſuſceptur⁹ eū in domū eter
nitatꝫ ſue in glia btōꝝ Amen

## De eodem Sermo. III. in ordine. XLIX.

Templum dei ſanctū ē. i. Coꝛ 3. vl Coedificamī in habitaculū dei. Eph. 3.

A Feſtiuitatē ſolennē dedica
tōis tēpli. dom⁹ dn̄i. hodierna
die agim⁹. Jdo tante ſolēnitatꝫ
cām et miſteriū ignorare nō dbe
m⁹ Solēnitas quid ipſa. cunctꝫ
nota ē. qm̄ multi ad eam de vici
nis ꝯfluūt eccleſijs Sꝫ ignorāt
pleriqꝫ q̄re ⁊ qūo ſm inſtitutōm
eccleſie rite ſit agēda Sūt nāqꝫ
q feſtū dedicatōꝫ egiſſe ſe gliant
ſi ſplendidiora prepauerint ꝯui
uia. ſi aduētantib⁹ amicꝫ cibos
exhibuerit lautiores. ſꝫ ignorāt
illi tanqꝫ carnales (curā carnis i
deſiderijs agentes (feſtiuitates
eccleſie (ſm bern̄. ſ. j. d oib⁹ ſan
ctis) ad aīas magis q̄ꝫ ad corꝑa
ptinere Siqdem delicatiora pa
rump fercula ꝑpare corpuſculo.
ſuato tn̄ moderamīe. refectiſqꝫ
copioſi⁹ paupib⁹ in clarioribꝫ fe
ſtiuitatibꝫ non reprobat Docet
idipm btūs Hiero. in epla q̄dā
ad marcellā d mūerib⁹ acceptis
in die ſancti petri qnīmo illud p
ceptū fuit ſinagoge ⁊ vſus habꝫ
eccie. q qtidiana in dn̄icꝫ ⁊ feſti-
uitatibꝫ maioribꝫ ſoluit ieiunia

¶ Sed ita corꝑi ꝓuideatur vt
ꝓus aīa ſacietur que dignioꝛ ho
minis eſt poꝛtio. et ad quā vt di
ctū ē magꝭ ꝑtinere feſta dinoſcū
tur ¶ Hoc agimꝰ. ſi cām feſti in
dagātes. ac deuotōꝛes in domo
dn̄i ꝯparētes. laudes debitas ꝓ
beneficijs acceptis. pri miaꝝ ꝑ
ſoluamꝰ toto coꝛde. noſqꝫ ipos
in habitaculū dei pꝛeꝑamꝰ. ſm
exhoꝛtatōꝫ apl'i cū inq̄t. Coedi
ficamī ꝛc. ¶ Primo igiꝉ viden
dum erit. ob quā cauſaꝫ agatur
dedicatōnis feſtū. Scd̄o q̄mō
ſit illud a nobis legittime ꝑagē
dū. ¶ Varias ſolēnitates ſub
diuerſis ceremonijs celebꝛari ec
cleſia ſancta xp̄ianis īſtituit. vt
multiplicium bn̄ficioꝝ dei meōri
am. cū gr̄aꝝ actōe innouemꝰ. ac
per hō ad maioꝛa ꝑcipiēdi pꝛeꝑe
mur. Sic em̄ ob memoꝛiā libe
ratōis ppl'i iſrl' ab egiptiaca ſui
tute in manu foꝛti. percuſſis in
vniuerſo egipto ꝓmogenitꝭ. iuſ
ſit dn̄s celebꝛare ꝑ ſingulos an
nos feſta paſchalia ac agnū mā
ducare. ſm ritū Exo. 12. deſcrip
tum. ſic feſta tabernaculoꝝ ſua
ri pꝛecepit Leuiti. 24. de quibꝰ
Deutro. 6. ita dꝛ Cuſtodi teſti
monia. pꝛecepta. et ceremonias
dn̄i dei tui. Seq̄tur cum inter
rogauerit te filius tuus cras di
cens. quid ſibi volūt teſtimoīa
hec atqꝫ ceremonie et iudicia. q̄
ꝑcepit nobꝭ dn̄s deus nr̄. dices
ei. Serui eramus pharaonis in
egipto. et eduxit nos dn̄s in ma
nu foꝛti. fecitqꝫ ſigna et ꝓdigia
magna ꝛ peſſima in egipto ꝯtra
pharaonē et omnē domū illius
in ꝯſpectu noſtro. et eduxit nos
inde. vt introductꝭ daret terrā
quā iurauit patribꝰ noſtris Ec
ce primū. ſcꝫ inſtitutio feſtoꝝ ob
memoꝛiā bn̄ficioꝝ receptoꝝ Et
quo ad ſcd̄m. ſcꝫ beneficia reci
pienda. Seq̄tur ibidem. Pre
cepitqꝫ nobis dn̄s. vt faciamꝰ
oīa legittima hec. et timeamꝰ
dn̄m deum noſtꝝ. et bene ſit no
bis cunctis diebꝰ vite noſtre. ſic
eſt hodie. eritqꝫ nobis mīſicoꝛs
ſcꝫ in futuro. ſi cuſtodierimꝰ et
fecerimus oīa ꝑcepta eiꝰ coꝛam
deo noſtro. ſicut mandauit no
bis. ¶ Cum ergo nō nullū. nec
ꝑuum. imo magnū. verius maxi
mū ſit beneficiū dei. qꝛ indignis
nobꝭ manſiōes. templa. ſiue do
mus pꝛeꝑare et ſanctificare dig
natus eſt. in q̄bus nobiſcū habi
tare decreuit. tam in via q̄ꝫ in pa
tria in eternū. Ideoqꝫ domꝰ dei
templa dn̄i recte appellanꝉ. In
quibꝰ ꝛ ꝯuiuia et diuerſa nccīa
pꝛeꝑauit. ſm omniū ꝛ ſinguloꝝ
opoꝛtunitatē Infirmis medici
nam Purificandis aquā ſalu
tarem Debilibus refectōem cō
foꝛtantē Sanis cibum delectā
tem. virtutū oꝛnamēta robuſtꝭ
defenſiōis arma timidis Cuſto
diam ſingulis. gloꝛiā. honoꝛem
et diuitias vniuerſis. quibꝰ in
habitātes. reficit. ſuſtentat. de
lectat. et ꝯſuat Merito ergo

hoꝝ bn̄ficioꝝ memoriā agentes
diem feſtum agim⁹ ⁊ in laudibꝫ
et grāꝝ actōnib⁹. deū adorātes
grati de exhibitis. orōnibuſqꝫ
ac meritiſ aptantes nos exhibē
dis. tanto magiſ q̄nto manſiōes
q̄s nobiſ prepauit dn̄s in tp̄e et
eternitate. cibus ac cetera neceſ
ſaria. meliora ſunt. et ſine ꝯpati
one digniora manſiōib⁹ deſerti
ac terra ꝓmiſſiōis. manna celi.
aqua q̄ de petra ꝑ moyſen edu-
cta eſt. et ceteris inibi acceptis
beneficijs. Pro quib⁹ tn̄ iudei.
nedum qui beneficia acceperūt.
ſed ⁊ eoꝝ filij. feſta in hoꝝ me-
moriam diuino ꝯſtricti p̄cepto
ſolenniſſime celebrarunt. Non
eīm patres noſtri tantū. ſꝫ eque
nos ⁊ poſteri noſtri domoꝝ dn̄i
beneficijs vtimur et gaudemus
¶ Sunt aūt manſiōes q̄s
nobis prepauit dn̄s quattuor.
Eſt eīm manſio illa celeſtis. do
mus regis eterni. templū beati-
tudinis. ad quā ſuſpiram⁹. De
qua in pſalmo. dr̄ Beati q̄ habi
tāt in d. t. d. i ſecula ſeculoꝝ lau
dabunt te. et. 2. Coꝝ. 5. Edifi
catiōem ex deo ha bem⁹. domū
nō manufactam. ſed eternam in
celis. Eſt ⁊ manſio vniuerſalis
eccleſia. oīm ſcilicet fidelium cō
gregatio in terris. Quam preui
dens Aggeus ait. c. 2. Magna
erit gloria iſtius domus nouiſ-
ſime plus q̄ꝫ ꝑme dicit dominus
exercituū. i. eccleſie q̄ꝫ ſynagoge
Eſt et domus dei quelibet aīa
fidelis. quā dn̄s inhabitat. De
qua ad Hebre. 3. Xp̄c tanq̄ꝫ fili
us in domo ſua. q̄ domus ſum⁹
nos. ſi fiduciam ⁊ gloriā ſpei vſ
qꝫ in finē firmam teneam⁹. Eſt
demū manſio dn̄i. domus illa
materialis dn̄o cōſecrata. de q̄
Jacob Gen̄. 28. Terribilis ait
eſt locus iſte. vere nō eſt hic alid
niſi dom⁹ dei ⁊ porta celi. Jtem
Luce. 19. Domus mea domus
oratōis vocabit̄. Omēs has do
mus dn̄s nō ſolū edificauit. ſed
et ſanctificauit. ¶ Celeſtē dum
ꝓiecit luciferū antiquū ſpentē.
de quo Apoc. 12. Eccleſiā vl'em
dū illam in cruce dormiēs. ſan-
guine ⁊ aqua de latere ſuo efflu
entibus ſanctificando. ab omi
macula lauit. abſqꝫ ruga vt tan
git apl's ad Ephe. 5. Aiam fide
lem. dum in baptiſmo regene-
rans. ꝑ fidē infuſam ſibi deſpō
ſauit. de quo Oſee. 2. Deſpōſa
bo te mihi in fide. Eccleſiā ma-
terialē. dum ꝑ manus pōtificū
ꝯſecrauit D ¶ Prima dom⁹
p̄ncipalior eſt et ſuꝑ omnia deſi
derabil'. De q̄ in pſal. Dilexi de
corem domus tue. et locū habi
tionis glorie tue. Et iterum.
Glorioſa dicta ſunt de te ciui-
tas dei. Ad hanc tendim⁹. quo
niam in illa beatitudinē ac ſum
mum bonū expectamus Vexꝫ tn̄
non niſi ꝑ alias tres iſtam ſum-
mā intrare poſſumus. Non eīm
intrare poteſt quis vitam bea-
tam. niſi hic eccleſie membꝛ fue

rit. et in eā in finē ꝑmanſerit. ſic Aug⁹. ſup ioh. o. 45. exponens illud Joh. i. Ego ſū oſtiū. ꝑ me ſi qˢ itroierit ſaluabit̃ et ingredie⁊ et egredie⁊ et paſcua inueniet. c. x. ait. Nō ꝑt qˢ ꝑ oſtiū. i. ꝑ xp̄m ingredi in eternā vitā. q̄ erit in ſpē. niſi ꝑ ipm oſtiū. i. eūdē xp̄m ī eccleſiā ei⁹ q̄ ē ouile ei⁹ intrauerit ad vitam tempalem. que eſt in fide. Eccleſiam ergo intram⁹ ꝑ fidē et baptiſima. q̄ in materiali tēplo ſuſcipim⁹. Nec tñ ſufficit foris in eccl'ia hitare. niſi etiā domū noſtꝝ inhabitē⁹ cū xp̄o. aīe purgatōi ⁊ ꝟtutū ad q̄ſitōi ſtudentes Ait em̄ dn̄s. regnū dei intra vos eſt Luc. 17. h̄ eſt xp̄c inhitans ꝑ fidem. Hinc Deutro. 30. Prope eſt verbū in ore tuo ⁊ in corde tuo. ꝑpter qd̄ hortat̃ moyſes ibidē. 4. Cuſtodi temetipm ⁊ aīam tuā ſolicite.

¶ E Prepat q̄z dn̄s in q̄libet hāꝝ ꝯuiuiū. differēter tñ. ſm q̄ cuilibet ꝯueit. In celeſti. ad plenam ſacietatē ⁊ oīm deſiderioꝝ expletiōꝫ. pſ̄. Inebriabūtur ab vbertate dom⁹ tue ⁊ tor. vo. tue potabis eos. Nec miꝝ q̄m dn̄s ꝑcinget ſe. et fi. d. e. t. m. illis pſ̄ Saciabor cū appuerit gl'a tua.

¶ In domo q̄ eſt eccl'ia militās ꝑꝑat cenā magnā ſacroꝝ. ꝯuiuium fidei Illi⁹ ꝑſ̄tim ſacri eucariſtie vbi eundē panē fidelibus porrigit. velatū tñ ſpē ſacrali. q̄ fruunt̃ bti facie reuelata. ꝓuer. 9. Sapia edi. ſi. do. ex. co. 7. immolauit victimās ſuas. Miſ. vi. et po. menſā Hec aūt ꝑticipamus regul'r in eccl'ia mālī. in q cibus h̄ et ſacroꝝ vaſa. i. materie ſanctificate ꝯſuant̃. ipſa q̄z ſacrāmēta diſpenſant̃ Sed et in eā menſa ꝟbi diui copioſe adornata fercl'oꝝ diūſitate. i. docƭnarū multiplicitate. De q̄ ſcribit̃ Nō in ſolo pane viuit hō. ſed in omi verbo qd̄ ꝓcedit d̄ ore dei. Mat. 4. Deutro. 8.

¶ In aīa deniq̄z hoīs. dulciſſimū ꝯuiuiū prepauit. ſed eis tm̄ q̄ in timore dn̄i. dn̄i viſitatiōem expectant. ſpretis ꝯſolatōib⁹ ſeculi caducꝫ de q̄ ipſe ait Ego ſto ad oſtiū ⁊c. Apoc. 3. Hic cib⁹ paupm ſpū in affectu. ⁊ ſi nō in vſu. qui ꝓpter deū oīa reliquerūt. que h⁹ ſeculi hoīes igrāt. vñ ꝓpha. Paraſti in dulce. t. paupi d̄s. Et in cantico ꝟginis. Eſuriētes impleuit bo. ⁊c. Que expt⁹ quid̄ ꝯuiua dixit. O q̄ maḡ multitudo dulcedinis tue. quā abſcōdiſti timētib⁹ te. Hec ſt̃ ꝯuiuia. h̄ bn̄ficia q̄ dn̄s fidelib⁹ ꝑꝑauit. q̄ cū gaudio ꝯmeōrātes. diē hodienū i dīlaudib⁹ feſtiuā⁹. q̄ mālis h̄ do⁹ pōtificꝫ miſterio ꝯſecta ē. ⁊ criſmate ſacro vncta q̄ figura ē ceteraꝝ. ꝑ quā. ⁊ in q̄. q̄ſi ꝑ portā. ceteras igredimur do⁹. q̄m in illa fide ⁊ ſacris d̄ ſpōſamur. inuitamur. purificamur. īſtruimur. g̃tificamur. ornamur. ⁊ ad implēdum domū dn̄i celeſtē. ibiq̄z conuiuandū mōꝫ oībus prepamur.

# In dedicatione templi

¶ F Dicto breuiter cur dedi-
catõis feſtũ a nobis agitur. Ui
deam⁹ ↄſeq̄nter qũo agendũ ſit
¶ Res aũt q̄libet ordinata ad
finem. tunc recte agitur ſi ꝑ eam
finis hmõi attingatur Finis ãt
⁊ domoꝝ dñi. ⁊ feſtiuitatis pre-
ſentis eſt vt ꝑ hec purgati. refe-
cti. ornati. grati. diſpoſiti. aulã
magnam domũ nõ manufactã.
in celis igrediamur. atq; illi⁹ cõ
uiuij eterni (cene infinibil' ⁊ be-
atifice) facti ↄuiue. cũ dño deo
nr̃o in abundantia gaudioꝝ. et
omĩs boni plenitudine feſta per
petua celebrem⁹. ¶ S Qũo
vero finem attingere poſſimus
zacheus nos docet i euangelio.
Hic em̃ q̄rebat videre ieſum q̇s
eſſet. Puſillũ ſe attendit. arbo-
rem ſicomoꝝ aſcẽdit. In domũ
ſuam dñm gaudẽs ſuſcepit. Cõ
tra murmurantes ꝑſeueranter
ſtetit Oibus ꝑfecte ſatiſfecit
Ecce gradus ſex quib⁹ aſcendẽ
dum eſt ad ꝑfectõem ſalutis vt
in templũ dñi coedificemur.

¶ Prim⁹ eſt deſiderare deũ. et
ꝑ deſideriũ q̄rere. vnde Beda.
Que amam⁹ videre deſiderã⁹.
Ab hijs que execramur. intuitũ
feſtinam⁹ auertere. Uidet autẽ
ieſus videntẽ ſe. eligit eligẽtem.
amat amantem. Sed q̇d quere
bat videre in ieſu Nunq̇d quid
ageret. quibus bñfacer;. quos
argueret? Non. ſed quis eſſet
Primo⁹ querũt mercenarij. ps
Cõfitebitur tibi cum bñfeceris
ei. ſcd̃o fui Multiplicate ſunt
infirmitates eoꝝ. poſtea accele-
rauerũt. tercio filij. hij querunt
deũ ꝓpter ſe. q; ſummũ bonum

¶ Scd̃s gradus eſt puſillum ſe
attendere. zacheus puſillũ ſe at
tendit. nihil de ſe p̄ſumendo. ꝓ
pter ſtature ꝑuitatẽ q; ſi q̇s exi-
ſtimat ſe eſſe aliq̇d cu nihil ſit
ipſe ſe ſeducit Gal. 6. Item ꝓ-
pter turbe impedimẽtũ. Turba
eſt noxie ↄſuetudines. paſſi onũ
tumult⁹. hoĩm maloꝝ auerſio et
in bono icrepatio. vt pꝫ de ceco
quẽ increpabant vt taceret. Pre
ſumũt em̃ q̇dam de volũtat; ſue
libertate. ſed non attendunt q̄;
fortiter ligatur paſſiõibus q̄t-
tuor. q̄;q; obruitur cõſuetudine
et falſa hoĩm laude. Hij em̃ ſũt
q̄ttuor portitores qui filium vi
due defunctum efferunt extra
naym ¶ Tercius arborem ſico-
moꝝ aſcendere. Aſcendit autẽ
zache⁹ ſicomoꝝ. i. ficum fatuã
que crux xp̄i dr̃ ſm apl'm cũ inq̇t
Predicam⁹ xp̄m crucifixũ genti
bus ſtulticiam. Aſcendit itaq;
crucẽ dñi. ꝑ quã ꝓ nobis vicit
In ei⁹ merito ſperando. ait em̃
Joh. 16. Confidite q; ego vici
mundũ. ¶ Quartus in domũ
gaudẽter ſuſcipe. Suſcepit ita
q; zacheus dñm in domũ ſuam
gaudens. tanq; redemptorẽ. cre
atorem ⁊ rectorẽ ſuũ. ꝑ hilarem
obedientiã ↄſtituens eum dñm
domus ſue et rectorem oĩs poſ-
ſeſſionis ſue. vt iam nõ in ſe ſed

in dño glorietur. ⁊ in eius cruce
Sitqꝫ bonũ nõ ex neceſſitate ſꝫ
hilari voluntate ad philemonẽ
Nam hilarem datorem diligit
deus. 2. Cor. 9. dicens cũ aplo
Gal. 6. Mihi abſit gloriari ni
ſi in cruce. ¶ Quintꝰ ↄtra mur
murantes pſeueranter ſtare. ſte
tit zacheus pſeueranter contra
mundũ. carnem. ⁊ animũ. ſciẽs
quia non incipienti ſꝫ pſeueran
ti ſalus debetur ⁊ corona Nam
qui etiã vltima hora venit. ſi ſal
tem pſeuerauerit denariũ acci-
piet Matth. 20. Non qui pmo
mane ſed abijt. ſola em̃ pſeuerã
tia coronabit Apoc. ¶ Sex-
tus oibꝰ pfecte ſatiſfacere Om
nibus ꝓfecto ſatiſfecit zacheus
ꝓximo dando dimidiũ. qđ fit
cum ipm ſicut ſe ſe diligit. Deo
reddendo quadruplũ. ſpem ſcꝫ
timorẽ. dolorem et amorẽ. Frau
dauit em̃ dñm. dum hec mũdo
impendit. deum ꝓpter ſe ſe ⁊ ad
comodũ ſui finaliter timẽdo. et
amãdo. Reddidit xpo dum hec
filialiter ꝓpter deũ. ſoli deo im
pendit Ecce gradus ſex quibꝫ
ↄtingit aſcenſorem pueníre ad
brauium ſalutis eterne. cuiꝰ ↄſe
cutio ⁊ dei laus ppetua ſine fine
manſura finis eſt omĩs ſolẽnita
tis tempalis. Quid em̃ ꝓdeſt fe
ſtis intereſſe hoĩm. ſi abeſſe cõ-
tingat feſtꝫ angelorum. Hijs ergo
gradibꝰ exẽplo zachei. ad dñm
ambulare conemur ⁊c̃.

¶ De eodem ſermo. IIII.
in ordine. L.

Faciẽt mi
hi ſanctuariũ. et
habitabo in me-
dio eorum. verba ſũt dñi ad
moyſen cũ aſcendit in mõ
tem. Exo. 25. ¶ A Feſtum
magnũ. ſpũali gaudio plenum.
hodie nobis offertur celebran-
dum. feſtum vtiqꝫ erectõnis. fa
bricatõis et ſanctificatõꝫ taber
naculorum dei ſeu eccleſie nr̃e Nõ
tale quale celebrauerunt iudei.
Iſti nanqꝫ ſicut eis pceptũ fuit.
Leui. 23. ſeptem dies ſolẽnes in
tabernacul' extra tecta ſub fron
dibus arborum agebant. in memo
riam ſue eductiõis p deſertũ de
terra egipti. ſed agimꝰ feſtũ diẽ
erectiõis et ſanctificatiõis huiꝰ
materialis templi p manꝰ ponti
ficum ↄſecrati. in quo ad nr̃am
ſalutez inhabitare dignat' dñs
ad ſacmentorum pticipatiõem ad
pſonalem ſanctificatõꝫ. ad me-
ritorum ↄpatõem ⁊ demũ ad eter-
nam beatificatõem. Hinc feſtũ
iudeorum. vmbra quedã veritatis
fuit. que ad nos vſqꝫ puenit.
¶ Eſt aũt dedicatõis feſtũ. qđ
hodierno die feſtiuo celebramꝰ
gaudio vetuſtiſſimũ. qđ non ſo
lum ab eccleſiaſtica inſtitutõne.
verũ et inſtrumẽti veterꝫ appro
batione. viſionis pſignatõe. xpi
viſitatõne ſolẽniſſimũ ↄprobat'
¶ Unde de ↄſe. diſ. 1. Solẽni-